

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXXI**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
II PARS**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXSTINGUETUR

ROMAE 1974

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XVII, Romae, 1954-1973

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (*Archivum Capituli Trident.*).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.
- Vol. VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629) 8 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXXI**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
II PARS**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 4

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

I N D E X R E R U M

Introductio	V
Supplementum ad bibliographiam selectam in volumine praecedenti positam	VI
Textus	3
Elenchus epistolarum	229
Index nominum propriorum	233
7 tabulae	

INTRODUCTIO

Secundum nunc in lucem edimus volumen documentorum, ex Archivo Regiomontano (nunc Gottingam translato) provenientium. De hoc Archivo et de nostris propositis, ad editionem documentorum in eo conservatorum pertinentibus, iam in praecedentis voluminis introductione prolixius locuti sumus. Cum itaque hoc praeiens volumen nil aliud sit quam voluminis praecedentis continuatio, quo videlicet aperiebatur series documentorum ex Archivo Regiomontano (*Herzogliches Brief-Archiv, Polen, B 1, epistolae regum et reginarum Poloniae, abbreviatum: HBA, B 1*), hac in re ad illam primam introductionem nostram lectorem remittimus. Volumen primum huius seriei (*Elementa ad Fontium Editiones, vol. XXX*) complectebatur annos 1525-48, hoc est a Ducatu in Prussia condito usque ad annum decessus regis Sigismundi I. In hoc praeensi volumine continentur epistolae annis 1549-62 scriptae, dum volumine eiusdem seriei tertio comprehendemus documenta, quae ab a. 1563 usque ad obitum regis Sigismundi Augusti (a. 1572) in Regium Montem mittebantur.

Cum in omnibus, quae ad regulas edendorum fontium pertinent, methodo in praecedenti volumine adhibitae hic etiam fideles manserimus, ea hic repetere supervacaneum censemus.

Reliquum est, ut iterum gratias non vulgares agamus Archivi Regiomontani Directori, Doctori Ioanni Koeppen, pro sua humanissima in Archivo suo hospitalitate, necnon praecipuam declaremus gratitudinem eiusdem Tabularii Assessori, Doctori Bernardo Jähnig, qui in textibus germanice scriptis corrigendis et typis mandandis validam operam suam nobis praestitit. Pro quorum textuum accurata transcriptione debitae etiam hic aguntur gratiae Doctori Francisco Dirnberger (Vienna).

C.L.

SUPPLEMENTUM AD BIBLIOGRAPHIAM SELECTAM
IN VOLUMINE PRAECEDENTI POSITAM

F o n t e s :

- ARBUSOW LEONID, Die im Deutschen Orden in Livland vertretenen Geschlechter. (*Jahrbuch für Genealogie, Heraldik und Sphragistik*, 1889). *Mitau*, 1901, pp. 27-136, et *Jahrbuch etc.* 1907-8, *Mitau*, 1910, pp. 33-64.
- BIENEMANN F.G., Briefe und Urkunden zur Geschichte Livlands in den Jahren 1558-62, I-V, Riga, 1865-76.
- SCHIRREN CARL, Quellen zur Geschichte des Untergangs livländischer Selbstständigkeit. Aus dem schwedischen Reichsarchive zu Stockholm. (*Archiv für die Geschichte Liv-Est-und Curlands. Neue Folge*, I-VIII). Reval, 1861-81.
- — Neue Quellen zur Geschichte des Untergangs livländischer Selbstständigkeit. Aus dem dänischen Geheimen Archive zu Kopenhagen. (*Archiv für die Geschichte Liv-Est-und Curlands. Neue Folge*, IX-XI, Reval, 1883-85).
- WIESER KLEMENS, Nordosteuropa und der Deutsche Orden. Kurzregesten. 2 vol. (*Quellen und Studien zur Geschichte des Deutschen Ordens*, 17, 27). Bad Godesberg, Verlag: Wissenschaftliches Archiv, 1969, 1972.

S t u d i a :

- ARBUSOW LEONID, iun. Grundriss der Geschichte Liv-Est-und Kurlands., 4. ed., Riga, 1918.
- — Wolter von Plettenberg und der Untergang des Deutschen Ordens in Preussen. (*Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte*, 131), Leipzig, 1919.
- — Die Einführung der Reformation in Liv-Est-und Kurland. (*Quellen und Forschungen zur Reformationsgeschichte*, III), Leipzig, 1921.
- ARNELL STURE, Die Auflösung des Livländischen Ordensstaates. Das schwedische Eingreifen und die Heirat Herzog Johans von Finnland 1558-1562, Lund, 1937.
- BERGENGRÜN A., Herzog Christoph von Mecklemburg. Reval, 1898.

- FORSTREUTER KURT, Ein schlesischer Literat und Abenteurer, Achilles Scipio. (*Festschrift für Hans Jessen*), Göttinger Arbeitskreis, Würzburg, 1967.
- GUNDEMANN ISELIN, Grundzüge der preussisch-mecklenburgischen Livlandpolitik im 16. Jht, (*Stettin. Gesellsch. f. Pommersche Geschichte, Baltische Studien* 52, 1966).
- HUBATSCH WALTER, Protestantische Fürstenpolitik in den Ostseeländern im 16. Jht. (*Hist. Ztscht.* 192, 1961).
- KŁODZIŃSKI ABDON, Stosunki Polski i Litwy z Inflantami przed zatargiem z r. 1556/7. (*Kwartalnik Historyczny*, XXII, 1908).
- MENGEL INGEBORG, Elisabeth von Braunschweig-Lüneburg und Albrecht von Preussen. Ein Fürstenbriefwechsel der Reformationszeit. (*Göttinger Bausteine zur Geschichtswissenschaft*, 13/14), Göttingen, 1954.
- NOWAK ZENON, Kultura umysłowa Prus Królewskich w czasach Kopernika. (*Toruńskie Towarzystwo Naukowe*), 1973, Toruń.
- ODYNIEC WACŁAW, Dzieje Prus Królewskich (PWN), Warszawa, 1973.
- POLSKA A INFLANTY, Praca zbiorowa (Kuntze, Tyszkowski, Koczy, Małowist) (*Wydawnictwo Instytutu Bałyckiego*), Gdynia, 1939.
- RASMUSSEN KNUD, Die livländische Krise 1554-61. (*Das slawische Institut der Universität Kopenhagen*, I), 1973.
- SCHIRRMACHER FRIEDRICH WILHELM, Johann Albrecht I, Herzog von Mecklenburg. Wismar, 1885.
- SCHREIBER HEINRICH, —, Johann Albrecht I, Herzog von Mecklenburg (*Schriften des Vereins für Reformationsgeschichte*, N. 64), Halle, 1899.
- WITTRAM REINHARD, Baltische Geschichte. Die Ostseelande Livland, Estland, Kurland 1180-1918. München, 1954.
- — (ed.) Baltische Kirchengeschichte, Göttingen, 1956.

T E X T U S

Hoc volumen est continuatio praecedentis voluminis Elementorum ad Fontium Editiones (vol. XXX), ideoque et singulorum documentorum numeratio continuat numerationem in praecedenti volumine inchoatam.

N. 448.

Petricoviae, 1.I.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Achatio Czema.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 306.*

N. 449.

Varsaviae, 1.I.1549.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae commendatitiae pro Francisco Żelisławski.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 306.*

N. 450.

Petricoviae, 3.I.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro liberatione Camilli Itali, architecti.
Sigill. VII.
(cum annexo de eadem re)
H B A, B 1, K. 306.*

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Frater noster Charissime.
Nunc demum certo edocti sumus Camilum Italum Architectum, qui
istic Regiomonti detentus est, cum e Regno nostro discederet, in animo
decrevisse non in hostiles, quemadmodum suspicio erat, sed in christia-*

nas terras ac diciones proficisci. Itaque cum nulla iusta causa sit, quam ob rem diutius istic detineri debeat, scribendum Illustritati Vestrae duximus, ut eum cum rebus suis omnibus liberum dimitti et quo decrevit iter suum sine ullo impedimento prosequi faciat. Tandem Illustritatem Vestram cupimus recte et foeliciter valere. Piotrcoviae in Convencione Regni nostri generali, tercia Ianuarii, anno Domini MDXLIX, Regni vero nostri XVIII.

a^a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

Annexum:

Scripsit ad nos Camillus Italus, quod Palatinus Pomeranie Costka scripserit ad unum officialem Illustritatis Vestre, ut ipsum Camillum sub custodia haberet, pretendens ei rei causam, quod Camillus ipse perspexerit castrum et civitatem Camenec, videritque machinas et id genus alia munimenta suspicioque sit de illo, ne se ad eos, qui non sunt amici Regno nostro, conferat et que noxia esse Regno possent, efficiat.

Miramur vehementer, quod Costka tales litteras contra eum scripserit et in suspicionem induxit hominem, nichil tale cogitantem. Camillus hic, cum diceret se artem architecture scire, missus fuit per Regiam Maiestatem defunctam ad Camieniec, ut architecture illius castri intenderet. Post mortem vero Regie Maiestatis placuit nonnullis ex consiliariis suos illic servitores ponere, prout posuerunt. Camillus cum illic servitium non haberet, ex Camenec discessit, acceptaque licentia a Magnifico Thesaurario Regni, cum scientia nostra, isthuc se ad Illustritatem Vestram ad servitia eius contulit. Qui cum nichil indignum admisit, causa non est, cur aut detineri aut custodiri debeat. Postulamus ab Illustritate Vestra, ut eum hominem gratiose ac humaniter haberi isthinc faciat, tam diu donec nos pernoscamus causam, propter quam hec adversus eum fiant. Quam tandem Illustrati Vestre perscribemus. Que cum nulla erit, uti existimamus, Illustritas Vestra pro sua equitate humanitateque hominem innocentem ac liberum libere abire permittat. Rem nobis gratam factura.

N. 451.

Varsaviae, 5.I.1549.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro piscibus sibi missis gratias agit.*

(*m.p. reginae subscriptum*)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 306.

N. 452.

Petricoviae, 13.I.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Petro Deuschman, proconsule civitatis Graudnicensis (Graudentinen-
sis), negotium cum Hedvige Hodecken habente.
Sigill. VIII. sine inscr.
H B A, B 1, K. 306.

N. 453.

Varsaviae, 17.I.1549.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de impedimento ad matrimonium ducis cum una ex filiabus reginae.
(Exemplar)
H B A, B 1, K. 306.

N. 454.

Varsaviae, 22.I.1549.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Benedicto Knipper, bombardario suo ex castro Barensi (in Italia),
qui in Montem Regium se confert ad bona hereditaria transumenda.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 306.

N. 455.

Petricoviae, 25.I.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Ioanne Brzozowski (in ms. Brozowski), ut interfectores filii eius pu-
niantur.
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 306.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de prospectato matrimonio unius ex sororibus suis cum duce.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps, Domine, Frater et Consanguinee noster Chassisime.

Consilium Illustritatis Vestrae grato animo accepimus, cum quod ex optimo erga nos animo profectum esse scimus, tum quod valde est ingenio nostro accommodatum. Sumus enim natura magis ad misericordiam propensi, quam ad severitatem implicati. Itaque ut aliis in rebus, ita in mansuetudine et lenitate naturam nostram ducem secuti, libenter divi parentis nostri vestigia persequemur, benefactis malefacta pensabimus, neque malicia cuiusquam bonitatem nostram expugnare patiemur, dum modo lenitas hec nostra male plerosque doceat, quod divo parenti nostro ita evenisse videmus. Sed nos tamen non committemus, ut ab illius vestigiis aberasse videamur. Nam in quam ille partem peccavit, in eam peccatur tutius. Quantum salva dignitate nostra facere nobis licuerit, feremus ista aequo animo, neque pro iure nostro omnia nobis agenda esse existimabimus. Illustritati Vestrae gratiam habemus, quod sicut consilium impartita est, ita etiam opem atque operam suam se nobis in rebus omnibus navaturam pollicetur. Omni benevolentia nostra regia studium hoc Illustritati Vestre per omnem occasionem conabimur compensare.

Quod ad Illustrissimam sororem nostram attinet, eadem est nostra voluntas, quae fuit, cum praesens apud nos esset Illustritas Vestra. Nulli eam libentius quam Illustritati Vestrae matrimonio iunctam videremus. Sed hunc scrupulum, qui nos nunc male habet, quis iniecerit, non ignorat Illustritas Vestra. Quod si libera esset penes nos de sororibus nostris statuendi potestas, minus nunc laboraremus. Verum praeter scientiam et voluntatem nostram factum est, quod ad aliorum arbitrium res reiecta est, ex quibus pendere nos nunc necesse habemus. Cum enim ad illos iam relatum sit, facile pro sua prudentia perspicit Illustritas Vestra, quanto et nos et ipsa Illustritas Vestra in discrimine futuri simus, si non expectato responso aliquid esset per nos constitutum. Quid aliud quam irritasse crabrones videremur? Illud enim sibi a nobis interpretarentur et inde fortassis occasionem sumerent rescindendae amicitiae et belli contra terras nostras Prussiae suscipiendi.

Quam ob rem morae adhuc aliquid interponere satius ducimus, quam ut preopere agendo aliquid magnum utrique nostrum malum accersamus. Cum praesertim et Quadragesima iam instat et annum luctus tempus, mortuo divo parente nostro, nondum sit expletum, ut si maxime responsum hoc tempori veniret a Caesarea Maiestate, nuptias tamen fieri tam celeriter non liceret. Nos tamen dabimus operam, ut primo quoque tempore certum responsum Illustritati Vestre demus. Cui certe gratificari semper omni ratione cupimus. Tercium iam cubicularium ad Reverendissimum Dominum Cardinalem Augustanum¹⁾ misimus. Aliquando tamen ad ea, que postulamus, respondebit. Nos vero quicquid

erit allatum, celeriter Illustratatem Vestram reddemus certiorem. De praestando nobis eo, quod debet, officio quod se promptam semper et paratam offert, libenter ex calce literarum Illustritatis Vestrae cognovimus. Nos vero, quando commodum nobis videbitur, Illustrati Vestre perscribemus. Cupimus Illustratatem Vestram diu foelicissime valere. Datae Piotrcoviae, XXIX Ianuarii, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Otto Truchsess*.

N. 457.

Petricoviae, 2.II.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
commissariis suis
de finibus inter Prussiam Regalem et Ducalem statuendis.*

Sigill. VIII. sine inscr.

(Adsunt etiam duo eiusdem documenti exemplaria et annexum de eadem re)

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Reverendo in Christo Patri Domino Tidemanno,¹⁾ Episcopo Culmensi et Postulato Varmensi, Magnificis et Generosis Achacio Czema Marienburgensi et Capitaneo nostro Stumensi, Stanislao Kostka Pomeraniae, Palatinis, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurario ac Pucensi, Golubensi Derschoviensique Capitaneo, Ioanni Dzialinski Culmensi et Capitaneo Brathianensi, Georgio Konopaczki Elbingensi, Castellanis, Raphaeli Konopaczki, Succamerario Culmensi, sincere et fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Reverende, Magnifici et Generosi, sincere et fideles nobis dilecti.

Est controversia de finibus inter certas arces et oppida nostra Strasburgk, Brethen, Lauterberg, Loban, Honigfelt, et arces et oppida Illustris Principis Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis, in Prussia Ducis, fratris nostri charissimi, Soldau, Gilgenburg, Schonbergk, Deitzman, Osterrode, Schadan. Ad quam dirimendam delegavimus Paternitatem, Synceritates et Fidelitates Vestras, atque illis committendum duximus, ita ut committimus praesentibus, ut habita mutua intelligentia cum Illustri Domino Duce captatoque loco et tempore oportuno, in rem praesentem veniant, ad loca, de quibus controversia est, descendant, signa et scopulos diligenter inspiciant, privilegia, si quae fuerint, revolvent, senum testimonia audiant et omnia faciant, quae ad dirimendam controversiam hanc finium pertinere videbuntur, ita tamen, ut si cuius Synceritatum Vestrarum erunt bona propria, aut peculiariter ad illum pertinuerint, is officio Iudicis Commissarii ne fungatur, sed tantum aut nostro aut sui ipsius nomine praesens adsit ac provideat, ne quam iniuriam paciatur. Qua in re conscientias vestras oneramus, nihil ut aliud Synceritates et Fidelitates Vestrae quam Deum et iusticiam pree oculis

habeant. Si quid vero ambiguum fuerit, de quo convenire inter Synceritates et Fidelitates Vestras non possit, de eo ad nos referri volumus. Fecerint Synceritates et Fidelitates Vestrae pro gratia nostra et officio vestro, unius aut duorum vestrum absentia non obstante. Datum Piotr- coviae, secunda Februarii, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XIX.

a) Commissio Sacrae Maiestatis Regiae propria.^{b)}

a)-b) alia manu.

1) Giese

Annexum:

Nonnullarum petitionum Illustrissimi Principis Ducis etc. Prussiae, que Sacrae Maiestati Regiae antea^{a)} in scriptis data non sunt, brevissima commemoratio.

In causis finium, quod in iisdem omnis generis irruptiones et mutationes accidere solent, quibus subditi non parum molestantur. Petit Illustrissimus Princeps subdite,^{a)} ut ea loca,^{b)} tam intra Ducatum Masoviae, quam utriusque partis terrarum Prussiae,^{c)} quae adhuc nondum diiudicata sunt, quam primum diiudicentur et inspiciantur. Quae iam inspecta et diiudicata sunt, confirmantur.

Et quandoquidem causae finium regundorum ac confirmandorum^{d)} intra^{e)} Magnum Ducatum Lituaniae et Ducatum Prussiae^{f)} suspendantur,^{g)} nomina locorum^{b)} et praefecturarum terrarum Prussiae,^{c)} in quibus disceptatur, Legatus ut saltem^{h)} subiicere voluit:

Sub Maiestate Regia	Sub Illustrissimo Principe
Strasburgk	Soldau
Bretchenn	Gilgenburgk
Lauterbergk	Schonbergk
Löbau	Deutz Eylaw
Honigfelt ⁱ⁾	Osterrode
	Schadau

Loca, in quibus in finibus Masoviae erratur, in Cancellaria reperiuntur.

j) Item petit Illustrissimus Princeps, ut Sacra Regia Maiestas dignetur mandare Praefectis suis, ut abstineant^{k)} a locis nondum diiudicatis usque ad finalem determinationem. Idem hoc sese facturum Illustrissimus Princeps pollicetur.

In Samogittia,^{l)} expresse^{m)} contra contractus initos subditis Illustrissimi Principis libere negotiandi et versandi facultas non conceditur, variisque molestiis afficiuntur. Et inter reliqua nuper^{a)} cuidam civi Regiomontano, Ioanni a Werden, bona et facultates furtim ablatas, deprehensos fures contra ius et aequitatem impune^{a)} dimissoⁿ⁾ a quodam magistratu esse. Item quendam in regia et libera via a Publicano Polaniensi in Ducatu Prussiae occisum^{o)} subditi conquaeruntur,^{p)} iusticia vero minime administratur. Petit itaque subdite Illustrissimus Princeps, quo Sacra Regia Maiestas dignetur Castellano Samogithiae^{l)} mandare, ut illi, a quibus scelera^{p)} commissa sunt, sive nobiles sint sive alterius condi-

tionis,^{a)} citentur, iusticia debita administretur, ne quisquam de gravamine iniusto conqueri possit. Praeterea Sacra Maiestas Regia mandare velit, ne Suae Celsitudinis subditi novis institutis vectigalibus Polangiensibus et aliis gravaminibus, prout contractuum ratio postulat, graventur.

Misera et plus nimium fere gravata relicta vidua Martini Hermesns-dorff mirifice non nisi argutiis adversariorum suorum exagitatur.^{r.)} Hii cum ^{s)} mandato executoriali ^{a)} Maiestatis Regiae ^{t)} iussu magistratum suorum obedire recusant, et ^{u)} cum nullum alium tergiversandi locum aut occasionem habuerint, nisi quod summa in mandato Regiae Maiestatis, ad cuius ^{v)} quantitatem damnati essent, et oppignorari ipsorum res deberent, qua in re quidam ipsis adsenserunt, non nominatim (quamvis in mandato regio satis id indicatum sit), addita et expressa esset. Et hic ^{w)} nodum in scirpo quaerunt. Volunt ^{x)} nunc eandem post latam ac declaratam sententiam Illustrissimi Principis per ^{y)} confirmationem Maiestatis Vestrae Regiae, imo non modo latam,^{aa)} declaratam et executioni demandatam sententiam,^{ab)} sed etiam per transactionem ex mandato Sacrae Maiestatis Regiae Senioris summam ^{ac)} rectae quantitatis expressam habentes,^{a)} causam huc ad probationes revocare.^{ad)} Quod quia Illustrissimo iniquissimum videtur, petit Illustrissimus Princeps, ut Sacra Maiestas Vestra severae^{z)} et sub poena iterum mandet, quoad summam 5000 florenorum Hornensium, quae a Sua Illustrissima Celsitudine declarata est, et quam ad Sacrae Regiae Maiestatis Senioris postulata intercedendo apud viduam obtinuit, et quae ab eadem Sacra Regia Maiestate Seniore tanquam sufficiens accepta ^{ae)} est, quamobrem etiam mandata dedit, executio fiat, eamque summam nominatim exprimat et ad certum tempus sub poena ^{af)} astringat.

Item petit Illustrissimus Princeps, Sacra Vestra Maiestas Regia dignetur Donato ^{ag)} Sachsen ad annum unum salvum conductum dare.

Alia manu: Etliche Artikel koniglicher Maiestät uberraicht die in der instruction nicht vorfasset aus dem memorial gezogen.

- a) *hoc verbum supra lineam scriptum est.*
- b)-c) *in margine.*
- d) *verba: ac confirmandorum supra lineam.*
- e) *sequitur expunctum verbum: Duca (tum).*
- f) *sequuntur verba expuncta: in aliud tempus reiectae.*
- g) *sequitur verbum expunctum: sequuntur.*
- h) *sequitur verbum expunctum: addere.*
- i) *supra expunctum legitur verbum: Schadau.*
- j) *praecedunt verba expuncta: a locis nondum diadicatis.*
- k) *in ms. abstineat.*
- l) *sequitur verbum expunctum: contra.*
- m) *correctum ex alia forma eiusdem verbi.*
- n) *sequitur verbum expunctum: esse.*
- o) *sequitur expunctum verbum: esse (in forma contracta: ee).*
- p) *verbum: scelera in margine additum.*
- q) *verba: alterius conditionis pro expuncto: aliis suprascripta.*
- r) *correctum ex: ab adversariis suis vexatur.*
- s) *cum pro expuncto verbo: nec suprascriptum.*
- t) *sequitur verbum expunctum: nec.*
- u) *et pro expuncto verbo: hii suprascriptum.*
- v) *sequitur verbum expunctum: summam.*
- w) *sequuntur verba expuncta: nec alii.*
- x) *sequuntur verba expuncta: ut eandem.*
- y) *correctum ex: post.*
- z) *sic in ms.*
- aa) *sequuntur litterae expunctae: caus.*
- ab) *sententiam pro expunctis verbis: causam ad per suprascriptum.*
- ac) *sequuntur duo verba expuncta.*
- ad) *sequitur verbum expunctum: volunt.*
- ae) *verbum: accepta bis scriptum est.*
- af) *verba: su poena supra lineam scripta sunt.*
- ag) *sequitur expunctum nomen: Saxen.*
- z) *sic in ms.*
- 1) *Hieronymus Chodkiewicz eodem anno erat castellanus Trocensis et capitaneus Samogitiae (cfr. N. sequentem).*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Hieronymo Chodkiewicz, capitaneo Samogitiae,
de gravaminibus et querelis subditorum Alberti ducis contra nobiles et
ecclesiasticos Samogitiae.
(Exemplar)
H B A, B 1, K. 306.*

Sigismundus Augustus etc.

Domino Trocensi, Capitaneo Samogittiae, Praesidi Plotelensi, Wilkiensi et Telschensi, Domino Hieronymo Alexandridae Chotkewicz.

Miserat ad nos Illustris Princeps Prussiae, Sua Celsitudo Princeps Albertus, significans Suae Celsitudinis provintiae subditis iniurias quasdam fieri a nobilibus nostri Ducatus Samogittiae, et peculiariter etiam ab hominibus tum ecclesiastici ordinis, tum nobilium ac reliquorum Dominorum. Subditi proinde Suae Celsitudinis iustitiam sibi administrari cupiunt contra illos, a quibus iniuria sunt affecti. Quapropter de quibuscumque iniuriis et caussis subditi Ducatus Prussiae cum subditis nostri Ducatus Samogittiae, tam ecclesiastici ordinis Dominorumque ceterorum ac nobilium hominibus, controversiam habuerint eosque apud Tuam Magnificentiam in ius vocaverint, monemus et mandamus Tuae Magnificentiae, ut cum omnibus et singulis, tam nostris, quam Illustris Principis Prussiae subditis, ius dicas absque ulla dilatione. Deinde omnibus Praefectis ac Vicepraejectis totius Ducatus Samogittiae nostro nomine praecipe, ut omnibus et singulis, quicunque opus habent, iustitiam administrent sine dilatione, nec amplius posthac rei patrocinentur, sub ammissione gratiae nostrae. Petrikoviae, anno Domini 1549, mensis Februarii 3, inditione 7.

Valerianus ab Epistolis.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
aliquibus proceribus Polonis
quos deputat commissarios ad transactionem finium constituendorum
inter palatinatum Masoviae et Ducatum Prussiae.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Reverendo in Christo Patri Domino et Magnificis Andreae Noskowski Episcopo Plocensi, Foelici Srzenksi de Sokolowo Plocensi et Mariemburgensi Plocensique Capitaneo, et Ioanni Dziergowski de Pawlowo Ma-

soviae et Warschoviensi Nurensique Capitaneo, Palatinis, sincere nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Reverende in Christo Pater Domine et Magnifici, sincere nobis dilecti.

Convenit inter nos et Illustrem Dominum in Prussia Ducem, fratrem et consanguineum nostrum charissimum, ut constituerentur fines inter palatinatum nostrum Masoviae et Ducatum in Prussia. Quam ad rem Synceritates Vestras Commissarios nostros deputavimus. Quas hortamur mandantes, ut constituto cum Illustri Domino in Prussia Duce certo aliquo die, cum iis, quos Illustritas quoque illius designaverit, simul convenient atque cum illis una inter ipsum palatinatum nostrum Masoviae et Ducatum in Prussia fines constituant dentque pro virili operam omnem, ut omnis dissidiorum et controversiarum occasio praecidatur, vocatis tamen ad id iis, qui necessario vocandi sunt. Facturae Synceritates Vestrae pro gratia nostra, fide atque officio suo. Datum Piothrcoviae, V Februarii, anno Domini MDXLIX, Regni vero nostri XIX.

Commissio Sacrae Maiestatis Regiae propria.

N. 460.

Varsaviae, 7.II.1549.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*nuntiat regem [Sigismundum Augustum] significationem imperatoris
[Caroli V] expectare velle (in re matrimonii sororis regis cum duce).*

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 306.

Bona etc.

Illustrissime Princeps et Domine, Affinis noster Charissime, salutem et omnis boni incrementum.

Quemadmodum promisimus respondere Illustrissime Dominationi Vestre ad postulationem eius, cum primum de voluntate Serenissimi Domini Regis Poloniae, filii nostri charissimi, certiores facte fuissemus, nunc cognita voluntate Maiestatis Suae Regiae, respondemus Illustrissime Dominationi Vestre, quod Maiestas Sua Regia decrevit expectare expectaque significationem voluntatis Sacre Cesareae et Catholicae Maiestatis, cuius voluntas et assensus, prout Cracovie conventum et conclusum erat, necessario requiritur. Quo non habito non licere Maiestati Regie quidquam attentare. Cupimus Illustrissimam Dominationem Vestram felicissime ac diutissime valere. Cuius amori ac benevolentie mutue nos commendamus. Datum Varscheviae, die septima Februarii, anno Domini MDXLIX.

^{a)} Bona Regina subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

Cracoviae, 22.II.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de legatione Stanislai Hosii ad regem Romanorum [Ferdinandum I] in
re ducis.*

Sigill. VIII.

(Adest versio germanica).

HBA, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Mittimus Illustritati Vestrae instructionem, quam dedimus Venerabili Stanislao Hosio, Cantori et Canonico Varmensi, Nominato Culmensi Episcopo, ad Regiam Romanorum Maiestatem. Hoc illi mandatum est a nobis diligenter, ut omnem isthic lapidem moveret, ne cuius alterius quam nostro iuditio causa committeretur, si quis experiri iuditio cum Illustritate Vestra vellet. Quae non videmus, qua de re alia magis accusari possit, quam quod Ordinem abiecerit. Quod si nostrum futurum esset de hac re iuditium, curae nobis futurum esset, ut Ordini quacumque tandem alia ratione satisficeret. Terrae vero Prussiae, quas nunc possidet Illustritas Vestra, in eodem, quo nunc sunt, statu permanerent.

Quod si nulla ratione effici hoc posset per Nuncium nostrum, ut nobis tanquam superiori Domino causa haec cognoscenda permitteretur, dedimus illi in mandatis, ut si suspecti haberemur, vel propter arctam propinquitatem, quae nobis cum Illustritate Vestra intercedit, vel quod in clientela nostra est Illustritas Vestra, ut Assessores nobis potius dari postularet a Regia Romanorum Maiestate, quam arbitrio illius rem omnem permitteret. Sin autem ne hoc quidem succederet, tum assentiatur ad ea, quae per Magnificum Stanislaum a Lasko, Palatinum Sieradiensem, Capitaneum Lanciciensem, sunt allata: ut amice causam hanc Regia Romanorum Maiestate transigendam de partium consensu curaret. Quoniam vero tam celeriter conquiri non possunt iura omnia, quae sunt ad causam necessaria, peti iussimus a Regia Romanorum Maiestate saltem ad unum aut alterum annum proscriptionis per iudices Cameræ factæ suspensionem. Proficiscitur autem Legatus noster ineunte Quadragesima. Cui si quam dare velit instructionem Illustritas Vestra, ad nos mittat. Nam si forte ille prius se in viam dederit, quicquid Illustritas Vestra miserit, per cubicularium nostrum ferendum ad eum curabimus. Bene ac felicissime valere Illustritatem Vestram optamus. Datum Cracoviae, XXII Februarii, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 462.

Varsaviae, 26.II.1549.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

filium Andreeae Sieprski de Golczevo, palatini Ravensis, commendat.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 306.

N. 463.

Varsaviae, 12.III.1549.

Sophia, Anna, Catharina, reginulae Polonae,

Alberto in Prussia duci

gratias agunt pro ornamenti sibi missis.

Sigill. XV.

H B A, B 1, K. 306.

Illustrissime Princeps et Domine, Frater noster Charissime et Honorable, salutem et mutui nostri amoris atque omnis foelicitatis incrementum.

Redditæ sunt nobis literæ Illustrissimæ Dominationis Vestrae, amoris erga nos illius plenæ. Reddita simul et ornamenti ab Illustrissima eius filia¹⁾ nobis missa, quibus Germanicae foeminae ornant sua capita. Quae uti decencia, venusta ac ornatissima sunt, ita nobis perhara sunt et perquam gratissima. Ex hiis enim perspicimus veri ac sinceri debitique Illustrissimæ eius filiae erga nos amoris clarum testimonium, quam cum antea, quod propinquæ nos cognatione attingit, pro debito nostro dilexerimus, nunc vero propter hoc tantum eius in nos studium et verae benevolenciae officia mirifice amamus. Quem amorem cum erga Illustrissimam Dominationem Vestram, tum erga ipsam Illustrissimam eius filiam, sincerum ac perpetuum conservare volumus.

Pro muneribus vero et pro hisce ornamenti nobis missis agimus Illustrissimæ illius Dominationi meritas gracies. Daturæ operam, ut gratas nos tantæ erga nos propensionis suæ cognoscant ambae Illustrissimæ Dominationes Vestrae. Quibus et diuturnam incolumitatem et foelicia laetaque omnia ex animo precamur. Earum mutuo amori nos commendamus. Datum Varscheviae, die XII Marcii, MDXLIX.

^{a)} Powolnye syostry
Zophya krolewna
Anna krolewna
Catarzyna krolewna.^{b)}

a)-b) manibus propriis

1) Anna Sophia.

N. 464.

Varsaviae, 12.III.1549.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro donis gratias agit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 306.*

N. 465.

Cracoviae, 25.III.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro fratribus Reithein de Kintnowo, villam Domkaw in districtu Osterro-
densi sitam eximere volentibus.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 306.*

N. 466.

Cracoviae, 11.IV.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de cupro regis sequestrato.
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 306.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Significavit nobis Famatus Ioannes Kopp, civis Gedanensis, mercium nostrarum sylvestrium in Magno Ducatu Lituaniae Procurator, quod dum cuprum nostrum Cracovia Gedanum in struibus per Vistulam demissum, ipse deinde per Notarium et Procuratorem suum a Gedano Vilnam versus ad usum et necessitatem nostram aqua demisisset, postquam ad Regiomontem pervenit, eo loci ipse Notarius eius, quod literas nostras non haberet, per Officiales Illustritatis Vestrae detentus aliquantis per fuit, nec prius dimissus, quam cautionem fideiussoriam pro se de literis nostris super cupro demisso obtinendis praestit. Quare scribendum Illustrati Vestrae ea in re duximus illud cuprum nostrum fuisse et pro usu nostro Vilnam demissum. Postulamusque ab Illustritate Vestra, mandare velit eos, qui se cautione fideiussoria pro Notario Ioannis Kopp, Procuratoris nostri, in eo negocio obstrinxerunt, ex eadem cautione liberos dimittere. Quod Illustratatem Vestram facturam confidimus eamque bene et foeliciter valere optamus. Datum Cracoviae, XI Aprilis, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

^{a)} Ex commissione propria Sacrae Regiae
Maiestatis Nicolaus Grabia Regni
Vicecancellarius subscriptis.^{b)}

a)-b) alia manu.

N. 467.

Cracoviae, 17.IV.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
aliquibus proceribus suis
quos commissarios designat ad fines regundos inter terras Prussiae
Regalis et Prussiam Ducalem.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifico et Generosis Stanislao Kosthca de Stembergk, Palatino Pomeraniae, Terrarum nostrarum Prussiae Thesaurario ac Pucensi, Golubensi Dershoviensique Capitaneo, Ioanni a Dzialyn Culmensi et Capitaneo Brathianensi, Georgio de Konopath Elbingensi et Capitaneo Sweczensi, Castellanis; Fabiano Czema, Castellano Gedanensi, Culmensi et Tucholiensi Stargardiensique Capitaneo, Raphaeli a Konopath Mariemburgensi, Ioanni Loca Pomeraniae, Succamerariis, sincere et fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam.

Magnifice et Generosi, sincere et fideles dilecti.

Egit nobiscum Illustris Dominus Albertus Marchio Brandenburgensis ac in Prussia, Stetinensis, Cassubarum etc. Dux, consobrinus noster charissimus, ut ad regendos fines inter nostra subditorumque nostrorum et Illustritatis eius subditorumque illius bona in terris nostris Prussiae Commissarios designaremus. Quam ob rem Synceritati et Fidelitatibus Vestris committimus, ut cum ab Illustri Domino Duce admonitae fuerint, cum Commissariis Illustritatis eius convenient, vocatisque quorum intererit, de omnibus controversiis finium cognoscant eosque Dei et iusticiae iuramentorumque vestrorum, quibus nobis obstrictae sunt, habentes rationem constituant, unius vestrum, non tamen principalis, absentia non obstante. Facturae Synceritas et Fidelitates Vestrae pro officio suo et gratia nostra. Cracoviae, XVII Aprillis, anno Domini MDXLIX, Regni vero nostri XX.

Commissio Sacrae Maiestatis Regiae propria

N. 468.

Cracoviae, 17.IV.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis terrarum Prussiae nobilibus
de commissariis ad regendos constituendosque fines designatis.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus ac universae nobilitati terrarum nostrarum Prussiae, sincere et fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam.

Designavimus certos Commissarios nostros ad regendos et constituendos fines inter nostra subditorumque nostrorum ac Illustris Domini

Ducis subditorumque illius bona. Mandamus itaque universis et singulis, ut cum per eos vocati fuerint, coram illis compareant, et quidquid per communes Commissarios decretum et constitutum fuerit, firmiter observent pro gratia nostra. Datum Cracoviae, XVII Aprilis, anno Domini MDXLIX, Regni vero nostri XX.

Ad mandatum Sacrae Maiestatis Regiae proprium.

N. 469.

Cracoviae, 29.IV.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
se, desiderium ducis sequentem, in legatione ad imperatorem [Carolum V]
et regem Romanorum [Ferdinandum I] aliquas res mutasse significat.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 306.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps, Domine, Frater noster et Consanguinee Charrissime.

Redditae sunt nobis literae Illustritatis Vestrae, quibus ut in legatione nostra ad Caesaream et Regiam Romanorum Maiestates quedam mutentur, cupere se ostendit, simulque librum quandam nobis transmittit. Ac in legatione quidem illa sciat Illustritas Vestra mutata esse pleraque ferme in sentenciam suam, priusquam Orator noster hinc discederet. Misimus tamen post eum nihilominus exemplum istarum ipsarum literarum Illustritatis Vestrae, ut ad eas, quoad poterit, legationem accomodet. Non dubitamus autem eum solerter ac diligenter omnia curaturum esse, quae ad salutem atque tranquillitatem cum aliarum ditionum nostrarum, tum Prussiae, in qua ipse deinceps se et fortunas suas collocabit, pertinere videbuntur, facile enim intelligit, qua est prudentia, publica Prussiae salute suam incolumitatem contineri. Tum autem absque eo ea est fides, integritas et iudicium hominis, ut cum nihil, quod ex re nostra Regnique ac caeterarum ditionum nostrarum fore videbitur, scientem volentemque praetermissurum esse confidamus.

In libro transmittendo commendamus Illustritatis Vestrae diligentiam, sed nos multis et gravibus distenti negotiis et occupationibus haec vel alia scripta legendi spatium habemus nullum. Etsi eciam legamus, in probandis his vel reprobandis iudicium publicum sensui privato nostro praeferendum putaremus. Alios alia, nos purpuram decere intelligimus in Ecclesia. Venit iam tandem expectatus diu Liesniowski a Reverendissimo Cardinali Augustano.¹⁾ Quid autem nobis attulerit, malum ex eo ipso Illustritas Vestra cognoscat, eoque mittimus eum isthuc ad Illustritatem Vestram. Porro exemplum illud literarum Illustritatis Vestrae, de quo mentionem facimus in literis, pervenit iam ad manus Oratoris nostri. Quae bene valeat. Datum Cracoviae, XXIX Aprilis, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a):b) manu propria.

1) Otto Truchsess.

N. 470.

Varsaviae, 11.V.1549.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae commendatitiae pro Leśniowski (in ms. Lieszniowski), cardinalis
Augustani [Truchsess] servitore.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 306.

N. 471.

Cracoviae, 14.VI.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de matrimonio ducis cum sorore regis.
Sigill. VIII.
(Annexum: exempl. litterarum cardinalis Augustani, Ottonis [Truchsess]).
H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Frater noster Charissime.
Ea fuit Consiliariorum nostrorum sententia de Illustritatis Vestrae cum
Illustrissima sorore nostra matrimonio, ne quid certi de eo prius
statueretur, quam Caesareae Maiestatis animum exploratum haberemus.
De quo quid nobis Reverendissimus Dominus Cardinalis Augustanus
scribat, ex illius literis, quas ad Illustritatem Vestram Liesniowski perfe-
rendas dedimus, cognoscet. Quas cum Illustritas Vestra legerit, ad nos
per eundem remittet, simulque qua sit mente, nobis perscribet. Non
ignorat autem Illustritas Vestra causas, quibus adducti referre de con-
nubio isto ad Maiestatem Caesaream necesse habuimus. Cupimus Illustri-
tatem Vestram bene valere. Datum Cracoviae, XIII Iunii, anno Domini
MDXLIX, Regni vero nostri XX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit. b)

a)-b) manu propria.

Annexum:

Serenissime Rex, Princeps et Domine, Domine mihi Observandissime.
Literas, quas Serenitas Vestra quarta Aprilis ad me dedit, accepi
septima Maii per servitorem Serenissimae Reginae, Dominae meae obser-
vandissimae. Ex quibus intellexi Vestram Serenitatem cupide de rebus
omnibus responsum a me expectare. Quod cum ego per Nobilem Came-
rarium nostrum et fidelem dilectum Ioannem Liesniowski copiose dede-
rim, non existimo de iisdem pluribus ad Vestram Serenitatem scribere,
praeterquam quod post discessum Lesniowski accepi responsum a Cesa-

rea Maiestate et Domino Granvellano circa voluntatem Suae Maiestatis de matrimoniiis cum Marchionibus Brandenburgensibus contrahendis. In quibus Sua Maiestas animum suum aperte declaravit sibi gratissimum fore, si Vestra Serenitas Marchioni Alberto iuniori unam ex sororibus suis matrimonio collocet. Summopere enim Suam Maiestatem favere honori et commodis eiusdem Alberti.

Quod vero ad Marchionem Albertum seniorem, Ducem Prussiae, attinet, Suam Maiestatem nullo pacto consentire velle, ut aliquod matrimonium cum ipso contrahatur. Esse enim contra leges et iuramentum suum praestitum. Praeterea amplius mihi Sua Maiestas indicavit nihil sibi magis displicere posse, quam si Vestra Serenitas in tale matrimonium consentiret, confidereque Suam Maiestatem Vestrae Serenitati propter veterem amicitiam et animorum coniunctionem. Mihi etiam serio commisit, ut de ista sua voluntate Serenitatem Vestram certiore facerem, atque omnibus viis et modis curarem tale illegitimum matrimonium apud Serenitatem Vestram impedire. Reliqua omnia Vestra Serenitas ex Lesniowski cognoscet, qui a me bene instructus dimissus est.

Unum autem maxime Serenitatem Vestram oro atque rogo, ne tarditatem responsorum negligentiae meae potius asscribat, quam rerum difficultati, longissimo locorum intervallo et horum temporum et curiarum qualitatibus, quibus fere nihil suo tempore expediri potest, quemadmodum etiam multi Oratores Vestrae Serenitatis in his regionibus experti sunt. Quapropter me excusatum habeat rogo atque certissime sibi persuadeat nulla me in re Vestrae Serenitati et amplissimo eius Regno, quantum in me est, defuturum. His me Vestrae Serenitati, cui omnia felicia precor, maiorem in modum commendando. Datum Dilingae,...^{a)} Maii, anno MDXLVIII.

Serenitatis Vestrae humilis sacellanus
Otto Cardinalis Augustanus.

a) hic spatum album

N. 472.

Cracoviae, 30.VI.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
vehementer conqueritur, quod dux proscriptos subditos vel imperatoris
[Caroli V] vel regis Romanorum [Ferdinandi I] in ditiones suas
recipit.*
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Egit nobiscum accurate nuper Serenissimi Regis Romanorum, parentis nostri charissimi, Nuncius, qui nunc hic est, et expostulavit graviter, quod hostes eius atque eciam Caesareae Maiestatis, atque proscripti ab utrovis, tutum receptum in ditionibus nostris, ac nominatim apud Illustritatem Vestram, habeant. Nunc quoque paucis diebus praeteritis istuc advenisse nonnullos aliunde et fortassis adhuc istic esse, non modo

contra officium amiciciae et necessitudinum arctissimarum, verum eciam contra pacta et foedera, quae nobis et huic Regno nostro omnibusque vasallis eius cum Excellentissimis illis fratribus intercedunt antiquitus, ac de quibus renovandis atque stabiendiis cum illorum Maiestatibus per Oratorem nostrum nunc agamus. Hac de re nos, quamvis non ignoremus Illustritatem Vestram per divum parentem nostrum aliquoties, ac per nos eciam fortassis, fuisse admonitam, tamen denuo nunc admoniti aliunde, admonendam nobis esse putavimus.

Si quid enim eiusmodi ab ea fieret, inutiliter prorsus, ne quid gravius dicamus, hoc tempore fieret. Perabsurdum enim est et intolerabile, de pace et foederibus agentes, contra foedera scientes volentesque nulla necessitate quicquam facere. Quod nos Illustritatem Vestram, qua est prudentia, sedulo cautaram esse confidimus, ne quid inde nobis et ipsi ditionibusque nostris accersatur incommodi aut periculi, aut saltem foedera inchoata et propemodum consumata impediatur. Quod quam consultum foret, ipsi Illustritati Vestrae arbitrandum relinquimus. Quae bene valeat. Cracoviae, ultima Iunii, anno Domini MDXLIX, Regni nostri **XX.**

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 473.

Cracoviae, 6.VII.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de tempore praestandi homagii.

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Propter graves ocupaciones, quibus hactenus distenti fuimus, non potuimus adhuc commode certum tempus Illustritati Vestrae praestituere, quo ad nos ipsa veniret debitumque homagium nobis et Regno nostro praestaret. Quamvis autem necdum prorsus vacui negotiorum simus, non putavimus tamen diutius id differendum esse, quod in primis ex dignitate nostra Regnique nostri est et ex usu, quemadmodum Illustritatis Vestrae. Quocirca ad diem festum Exaltacionis Sanctae Crucis Illustritatem Vestram, aut Legatos et Oratores, cum pleno mandato, secundum pacta et litteras feudi, hic expectamus cum solenni, ut par est, pompa satisfacturam debito suo, ad quod ex pactis obligata est, nostroque et nostrorum hominum desyderio. Hortamur igitur eam amanter et requirimus, ut ad supramemoratam diem huc se sistat. Factura in eo officium suum nobisque gratum. Quae bene valeat. Cracoviae, VI Iulii, anno Domini MDXLIX, Regni nostri **XX.**

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 474.

Varsaviae, 8.VII.1549.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae commendatitiae pro Ioanne Kroczewski, secretario suo.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 306.*

N. 475.

Cracoviae, 22.VII.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de nuntio ducis a se cum responso expedito; de legatione nominati
episcopi Culmensis [Stanislai Hosii] ad regem Romanorum [Ferdi-
nandum I] et imperatorem [Carolum V]; de banno contra ducem.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 306.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Cum Generosus Asuerus Branth, Nuntius Illustritatis Vestrae, lucu-
lenta responsa a nobis eidem Illustritati Vestrae referat ad omnia, quae
ab ea ad nos attulerat, nihil est amplius, quod modo scribamus Illustriti-
tati Vestrae. Pro amore tamen erga ipsam nostro nihil scribere non
potuimus, quo ipsi animi nostri propensionem probemus. Nolumus
autem Illustritatem Vestram celare confecta iam sive adeo confirmata
nobis esse ab Oratore nostro, Reverendo Domino Nominato Episcopo
Culensi, foedera cum Serenissimo Romanorum Rege aequis condi-
tionibus. Itaque ad Caesaream Maiestatem iam is profectus est eadem
de causa. Ubi de Prussia quoque agetur et, ut speramus, ex re et sen-
tentia nostra conficietur.

Etsi enim totum id negotium a Caesarea Maiestate in Serenissimi
Regis Romanorum potestatem et arbitrium collatum esse videbatur,
consultius tamen nobis fore visum est cum ipso Caesare id, si non
confidere, certe inchoare duntaxat. Cuius consilii nostri rationem Il-
lustritas Vestra post intelliget. Banni quidem adversus Illustritatem
Vestram nullam fore hoc tempore executionem, ac ne promulgationem
quidem, spes bona nobis ostenditur. Cupimus Illustritatem Vestram diu
sanam esse et incolumem. Cracoviae, XXII Iulii, anno Domini MDXLIX,
Regni vero nostri XX.

^{a)} Ex commissione Maiestatis Regiae propria.^{b)}

^{a)-b)} alia manu.

Niepolomice, 6.VIII.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de negotio cum imperatore Carolo V et cum rege Romanorum Ferdinando I in rebus ducis et Prussiae.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

*(Annexa: exempla litterarum Caroli V et Ferdinandi I).
Iam edit.: Dogiel IV, CCXXVIII et CCXXIX.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

De prehendendo isto homine, quem a Magistro Ordinis Theutonicorum in Livoniam,¹⁾ profectum per ditiones nostras reversurum esse Illustritas Vestra scribit, non videtur nobis consultum esse, dum in dubio sunt adhuc res nostrae cum Caesarea Maiestate, ne eam irriteremus. Cum qua recte compositum iri Prussicum negotium spes est. Curabimus tamen, ut blande et nulla vi adhibita quidpiam ab eo exploremus. Caeterum non ignorat Illustritas Vestra, quid nobis Magnificus Palatinus Sieradiensis²⁾ anno superiori a Caesarea Maiestate responsi retulerit de Prussico negotio. Illi igitur responso insistens eius Maiestas, delegavit eam causam Serenissimo Regi Romanorum, fratri suo, amice inter nos et Magistrum Ordinis Theutonicorum componendam. Cuius delegationis sive commissionis exemplum a Reverendo Domino Nominato Episcopo Culmensi³⁾ nobis missum, Illustrati Vestre cum his transmittimus.

His autem paucis diebus etiam litterae nobis allatae sunt, quibus nobis certus dies coram Serenissimo Rege Romanorum ad initium Octobris vigore illius commissionis praestituitur. Iam inde ab initio illud responsum Caesareae Maiestatis, ac deinde commissio, nobis et plerisque Consiliariis nostris non placet, ne tacite nos ditionesque nostras iurisdictioni Caesareae subdere videamur.

Itaque dedimus in mandatis Reverendo Domino Episcopo Culmensi, ne quam eius commissionis mentionem ibi faceret, verum eo legationem suam dirigeret primum, ut absque ulla conditione pacem perpetuam, vel certe temporariam, cum Caesarea Maiestate nobis constitueret. De Prussia vero si quid quisquam quereretur, ad nostrum, utpote Domini Prussie, iuditium remitteretur. Deinde, si id ita impetrari non posset, ut arbitri utrinque delecti amice controversiam illam componere tentarent, suspenso interim iuditio Camerae. Ac vel ipse Serenissimus Rex Romanorum, si ita videretur, id faceret, verum non ut a Caesarea Maiestate delegat, sed a partibus sumptus et postulatus arbiter seu arbitrator et amicabilis compositor.

Cum huiusmodi igitur mandatis dimissus supranominatus Dominus Culmensis cum Serenissimo quidem Rege Romanorum nihil ea de re egit. Ad Caesaream vero Maiestatem vix modo tandem pervenit. Cum autem dies nobis interim ex commissione illa praestituta sit, cogitet Illustritas Vestra et impariatur nobis consilium suum, quid facere nos oporteat. Allegamus-ne aliquem ad instructionem causae ad praestitutam diem, an aliiquid aliud, quod nobis tutius et consultius sit, faciamus? Quod faciet Illustritas Vestra accurate, cum pro suo erga nos studio et

officio, tum quod ipsius fere propria res hec est. Quae bene valeat. Datum in Niepolomicze, VI mensis Augusti, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*
1) *Valterus a Plettenberg.*

2) *Stanislaus Laski.*
3) *Stanislaus Hosius.*

Postscriptum in schedula separata:

Mittimus etiam Illustrati Vestre exemplum innotescentiae, quam nobis Serenissimus Dominus Romanorum Rex misit, ut ea lecta sententiam suam nobis perscribat.

Annexum:

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., Marchio Moraviae etc., Comes Tirolis etc., Serenissimo Principi Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lithwaniae ac Russiae, Prussiae etc., filio et consanguineo nostro charissimo, salutem, mutui amoris omnisque foelicitatis perpetuum incrementum.

Serenissime Princeps, Fili et Consanguinee noster Charissime.

Significamus Serenitati Vestrae nos accepisse patentes quasdam litteras Serenissimi et Potentissimi Principis et Domini, Domini Caroli Quinti Romanorum Imperatoris semper Augusti etc., fratris et Domini nostri charissimi, paucis ante diebus nobis redditas, tenoris ac verbo ad verbum subsequentis, videlicet.

a) Carolus Quintus, divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus ac Rex Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc., Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae etc., Comes Haspurgi, Flandriae, Tirolis etc. Serenissimo Principi Domino Ferdinandῳ, Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Regi, Archiduci Austriae, Marchioni Moraviae etc., Sacri Romani Imperii Archipincernae, Principi Electori, fratri nostro charissimo, salutem et fraternali amoris perpetuum incrementum.

Serenissime Princeps, Frater Charissime.

Quum in controversia, quae inter Regnum Poloniae et ab eodem Regno causam prae tendentes ex una, et Administratorem Magni Magistratus Prussiae ac Magistrum Ordinis Theutonicorum,¹⁾ tam in Germania quam in Italia, ex adversa parte, super proprietate, iure et dominio provinciae Prussiae vertitur, iam antea in aliquot Dietis Imperialibus, cum participatione et voto Imperii Ordinum, de amicabili tractatione inter partes ineunda propositum et agitatum sit, ea vero res ob alia impedimenta hactenus ad effectum deducta non sit, et nos in proximis Comitiis Imperialibus, apud Augustam Vindelicam habitis, ex voto et suffragio eorundem Imperii Ordinum hanc viam amicabilis tractationis denuo amplectendam et propterea Commissarios, qui causam amicabiliter (absque tamen prae iudicio vel impedimento iudicarii processus) componere studerent, deputandos esse duxerimus, atque ad eam tractationem Serenitatem Vestram, tanquam Bohemiae Regem, utriusque oportunam rati, ab ipsa Serenitate Vestra impetraverimus, ut suasu et hortatu

nostro inducta hanc provintiam in beneficium pacis et tranquillitatis publicae subire consenserit.

Proinde ut controversia haec ad desideratam concordiam (id, quod pro fraterno illo erga Serenissimum Poloniae Regem amore nostro et inter nos et Imperii Sacri et illius Serenitatis ac Regni Poloniae status et subditos pacis et amicitiae alendae causa summopere cupimus) aliquando conduci valeat, eandem Serenitatem Vestram, tanquam Bohemiae Regem, huius causae Commissarium (citra tamen praeiudicium vel impedimentum iudicarii processus) deputavimus ac tenore praesentium imperiali auctoritate nostra deputamus et plenam illi facultatem potestatemque et vicem nostram hac in re concedimus, summopere illam hortantes, ut vocatis ad diem constitutum et in locum oportunum partibus, eisque summarie auditis, omni studio anniti velit causae et controversiae huic amicabiliter componendae et transigendae.

Quod si vero adhibita omni diligentia res per Vestram Serenitatem componi non posset (quamvis meliora speramus), in eum casum Serenitas Vestra de tota causa, et quid impedimenti obstiterit, quominus componi potuerit, ad nos referat, quo deinde post, sive cum ulteriore participatione statuum Imperii, sive aliter, prout oportunum fuerit, provideri constituique possit id, quod negocii qualitas exigere videbitur. In quo Serenitas Vestra rem se dignam, publicae tranquillitati utilem et nobis gratam factura est. Datum sub impraessione sigilli nostri in oppido nostro Bruxellensi, die undecima mensis Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono, Imperii nostri vigesimo nono et Regnorum nostrorum trigesimo quarto.

Quae quidem litterae tales in earum fine habebant signaturas:

Ad mandatum Caesareae et Catholicae
Maiestatis proprium^{b)}

Carolus

Vidit E. A. Peronotus^{c)}

J. Obernburger

Cum nos autem tum praefatae Sacrae Caesareae et Catholicae Regiae Maiestatis suasu et hortatu, tum ob veterem necessitudinem, quae nobis cum Serenitate Vestra intercedit, et denique pro beneficio pacis et tranquillitatis publicae inducti, tractandae amicabilis concordiae et compositionis provintiam in hac causa inter Serenitatem Vestram et partes in praemissis Caesaris literis nominatas vertente iam pridem libenti animo suscepimus, nihilque magis ea in re etiam nunc cupiamus, quam tam diuturnam periculosamque controversiam plane tollere consopireque, atque adeo inter Serenitatem Vestram et dictas partes non nisi firmam perpetuamque pacem, quietem et concordiam constituere, idcirco ad executionem praemissarum literarum Dilectionis et Maiestatis Suae Caesareae, iuxta traditam nobis in illis formam procedere volentes, eas Serenitati Vestræ hisce nostris insertas amico et fraterno animo insinuamus adque eius notitiam deducimus.

Necnon huic amicabili tractationi sextam diem mensis Octobris proxime venturi, locum vero eum, in quo nos tum esse et moram trahere contigerit, dicimus, designamus et deputamus, eandem proinde Serenitatem Vestram amice et fraterne hortantes, ut (si tractationem ipsam a nobis fieri Serenitati Vestræ placuerit) Commissarios et Mandatarios, tam suo quam eorum, qui a Regno ipsius Poloniae causam habere praeten-

dunt, nomine, plena et sufficienti ad id potestate suffultos, in aulam nostram, ubi ubi tum fuerimus, ad dictam sextam diem futuri mensis Octobris, qua etiam adversae partis Procuratores et Mandatarios adfore non dubitamus, emandare et expedire velit. Et nos quidem tunc, iuxta praescriptam nobis litteris Caesareis formam in causa et controversia huiusmodi processuri, illam eo deducere, quantum in nobis erit, annitemur, ut desiderata concordia omnium, quorum interest, consensu atque voluntate constitui queat. Caeterum Serenitatem Vestram foelicissime valere obtamus.²⁾ Datum sub sigilli nostri impraessione in arce nostra regia Pragae, die decimo octavo mensis Iulii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono, Regnorum nostrorum Romani vigesimo nono, aliorum vero vigesimo tercio.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium.

Ferdinandus.

a)-b) *hae litterae imperatoris etiam separatim annexae existant.* z) *sic in ms.*

o) *in ms.: Vt eaperonotus. Recte Antonius Perrenot de Granvelle.* 1) *Volfangus Schutzbahr.*

N. 477.

Cracoviae, 14.VIII.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de tempore homagii non amplius prorogando, quam ad dies octo.

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Quod Illustritas Vestra tempus homagii praestandi prorogari sibi cupit, sane quam lubentes id faceremus in gratiam eius, si integrum id nobis esset. Sed cum in superioribus Comitiis Consiliariis Regni nostri visum esset, quam primum commode id fieri posset, ut Illustritatem Vestram caeterosque Principes eius rei gratia ad nos evocaremus, iam et Ducibus Pomeraniae,¹⁾ et Georgio Friderico atque Alberto Iuniori Marchionibus, et etiam Consiliariis nostris eandem diem praestituimus. Credimusque aliquos iam in itinere esse, plerosque vero parare sese aut iam parasse. Quocirca non possumus in eo recte Illustrati Vestrae gratificari, ut negotio hoc in aliud tempus reiiciamus. Verum ne quam tamen in eo vim Illustritas Vestra sibi faciat, neve quid incommodet, vel ad octavum diem eam sive Legatos eius expectabimus. Magnam enim eius rationem habemus. Ideoque et illa habebimus in memoria, quae a nobis petit iisdem istis literis suis. Quae bene valeat. Cracoviae, XIIII Augusti, anno Domini MDXLIX, Regni vero nostri XX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) *Barnim IX Stettinensis et Philippus I Vologastensis.*

Cracoviae, 14.IX.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de oratoribus ducis ad ceremoniam praestandi homagii se conferentibus,
qui obscuras ob causas inopinatae e medio itinere retrocesserunt.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Perlegit nobis Reverendissimus Dominus Episcopus Cracoviensis¹⁾ litteras Oratorum Illustritatis Vestrae ad nos missorum, Sqwirniewicia ad se scriptas, quibus ii excusare se apud nos volunt, quod periculis quibusdam commoti, iter ad nos institutum inhibere et retrocedere coacti sint. Quod quidem nos non sine admiratione et perturbatione quadam animi accepimus. Neque enim assequi rationem possumus, cuiusnam modi pericula in ditione nostra amici et propinquai Principis Oratoribus obiici potuerint, cum legati ubique gentium, etiam apud barbaros, iure gentium sacro sancti esse soleant. Quod si quid tamen ii vel nobis a peste, vel sibi duntaxat a vi metuebant, licuit sane iis in loco subsistentibus curriculo aliquem ad nos transmittere nosque de omnibus certiores facere.

Nos vero nobis quidem ipsis et nostris a peste, ipsis autem a quovis periculo prospexitsemus. Sed veremur, ne quid aliud in causa sit istius perturbationis. Ut nonnulli ad dissimulandum et occultandum consilia sua ingeniosi sunt, ita sunt et alii ad investigandum quamvis bene oculata. Nos quidem inscia Illustritate Vestra id factum esse facile nobis persuademus, quippe quae pro sua prudentia et longo rerum usu non ignoret cum indignitate nostra Regnique nostri coniunctum id esse, si celebritas haec prestandi homagii, superiori anno Senatus consulto comitali arbitrio nostro permitta et a nobis commodo tempore instituta et longe lateque divulgata, et evocatis caeteris Principibus ad eam pertinentibus et Regni nostri Consiliariis iam instructa et parata, Illustritatis Vestrae Oratorum facto isto perturbetur. Incommodi sane plus ipsi Illustritati Vestrae, quam nobis id allaturum est. Neque enim ignorare Illustritas Vestra debet, quantum sua intersit primo quoque tempore investituram a nobis accipere. Ad quam petendam ipsam non unis litteris ad nos scriptis ostendit se esse paratam, cum primum nobis commodum visum esset.

Nihil nos quidem prorsus de fide, benevolentia et observantia erga nos et obsequio Illustritatis Vestrae dubitamus, credimusque eam aliquanto maiorem quam nos ex eo facto Oratorum suorum dolorem animo hausturam esse. Verum ut nunc sunt tempora, veremur, ut id aliis quoque persuadere possit. Sunt enim animi hominum vulgo proclives ad interpretandum omnia in deterius, qui excusationem istam fortassis pro civili recusatione accipient. Et vix volent credere invita et inscia Illustritate Vestra Oratores ipsius retrocedere ex medio itinere ausos esse. Quam quidem suspicionem Illustritas Vestra confirmabit, si eos aut alios

pro iis primo quoque tempore huc non miserit. Qui ne quod periculum deinceps causificantur, mittimus Illustritati Vestrae pro ipsis publicam securitatem. Expectabimus autem adhuc dies octo ultra priores,^{a)} intra quos poterit huc aliquis absque magna pompa advolare.

Quod si nemo venerit, testatum iam nunc Illustritati Vestrae facimus paratos nos fuisse investituram ipsi dare iuraque et privilegia confirmare. Oportebit autem nos nihilominus, quae agenda sunt, cum caeterorum Principum Oratoribus peragere, ne ii illudi sibi a nobis putent. Quod si quid ea res incommodi postea ipsi forte afferret, nos extra omnem culpam futuros esse. Facile autem Illustritas Vestra et subditos et amicos extra contagionem pestis invenire poterit, quibus ad eam rem peragendam sine magna pompa utatur, modo ipsa velit. Velle autem debebit, si et nostrae Regnique nostri dignitati et suis rationibus consultum esse cupit, quemadmodum nos de ipsa nobis persuademus. Quae bene valeat. Cracoviae, XIIII Septembris, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{c)}

a) verba: ultra priores in margine addita sunt. b)-c) manu propria.
1) Samuel Maciejowski.

N. 479.

Cracoviae, 19.IX.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
se invito, ob Tartarorum inopinatam in Regnum incursionem, ceremoniam praestandi homagii ad aliud tempus reiiciendam esse significat.

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Etsi proximis missis Illustritati Vestrae literis moleste nos ferre ostendimus, quod ipsius Oratores ad nos missi inconsultis nobis e medio itinere reversi sint, hortatique ipsam sumus, ut mox nihilominus aliquem huc ad accipendam a nobis investituram feudi mitteret, tamen subita intervenit necessitas, ut iam nunc eo facto opus non sit, propterea quod Tartarorum ingentes copiae in Regnum nostrum repente sese infuderunt. Ad quorum impetum et vim reprimendam plerosque Consiliarios a nobis dimittimus, ipsi eos statim subsecuturi, ne officio nostro regio aliqua ex parte deesse videamur.

Georgius Fridericus Marchio,¹⁾ missis Oratoribus, petivit a nobis, ut negocium hoc feudorum in aliud tempus differremus, propterea quod Illustritatem Vestram, pestis isthic saevientis causa, non esse venturam, sine ea vero non rite se feudum accepturum esse cum tutoribus suis existimaret. Quocirca supersedebit nunc Illustritas Vestra mittendis ad nos de investitura feudi Oratoribus, quoad melior se nobis offerat com-

moditas. Quae bene valeat. Cracoviae, XIX Septembris, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Brandenburgensis*.

N. 480.

Cracoviae, 29.IX.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de adventu oratorum ad praestandum homagium remissorum gaudet,
quos tamen ne admissos quidem in conspectum suum dimittere
coactus est.*

Sigill. VIII.

(Cum schedula et annexo. Charta lacerata).

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Fuit nobis valde gratum, quod Illustritas Vestra literis nostris permota denuo hoc Oratores suos misit ad praestandum nobis homagium. Primum enim liberavit se ipsam sinistra apud multos suspicione. Fieri enim non potuit, quin aliter hoc acciperent homines, praesentem rerum statum et nonnullorum conatus animadvertentes. Deinde nostram de se opinionem et fiduciam confirmavit, qui ipsa inscia O[ratores]^{a)} eius de medio itinere rever[tis]se nobis persuasimus. Postremo dignitatem nostram s[artam] tectam praestitit, dum no[stris m]onitis non gravate obtemperavit, curriculo re[mittens] ad nos Oratores suos. Q[uo]d veniunt quidem ad praestitutum iterum a nobis [tempus]. Sed tamen cum subita [Tart]arorum in Regnum nostrum incursione commoti, c[um] nemo ab Illustritate Vestra ad s[tatut]am diem comparebat, caeterorum duorum Marchionum Oratores ita dimissemus, ut negocium hoc feudorum in aliud tempus reiiceremus, ne cum Vestrae quidem Illustritatis Oratoribus quicquam peragere nunc potuimus. Id quod eciam eidem Illustritati Vestrae per tabellarium nostrum significavimus.

Oratores autem Illustritatis Vestrae sine mora dimisimus, ne admissos quidem in conspectum. Non quod magnopere ipsi eorum colloquium reformidaremus, credimus enim eos quoque a peste sibi una cum Illustritate Vestra cavisse, sed ut populo satisfaceremus. Cui, quemadmodum scit Illustritas Vestra, non raro servire Principes oportet. Sic autem constituimus cum caeterorum Marchionum Oratoribus, ut eos faciamus rursus certiores, quando commodum nobis erit, ut negocium istud feudale perficiatur. Declararunt autem illi cupere se ipsos ad nos venire. Interim istic etiam in ditione Illustritatis Vestrae pestis conquescit. Sic igitur accipiet Illustritas Vestra non per nos stetisse, quominus nunc ipsa nobis, et nos vicissim ipsi satisfaceremus. Confidimus autem eam non facturam esse moram, quando ipsi una cum ceteris denuo diem

praestituemus, cum facile intelligat sua id magis quam nostra interesse.
Quae bene valeat. Cracoviae, XXIX Septembris, anno Domini MDXLIX,
Regni nostri XX.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{c)}

a) *foramen in charta.*

b)-c) *manu propria.*

Schedula separata:

Cum ad Serenissimum Regem Romanorum¹⁾ nuncium dimitteremus et iam ei scripta esset instructio de recusanda commissione etc., accepimus Illustritatis Vestrae literas et consilium ea de re animadvertisque id plane congruere cum ea ipsa instructione. Id igitur Illustrati Vestrae significantum esse duximus. Communicamus etiam cum ea conditiones, quibus Caesarea²⁾ et Regia Romanorum Maiestates transigere de Prussia vellent. Quas quidem Illustris Dominus Albertus Junior Marchio secreto nobis transmisit. Quas aestimabit Illustritas Vestra quales sint, suamque de iis sententiam nobis describet. Quae iterum valeat.

1) *Ferdinandus I.*

2) *Carolus V.*

Annexum:

Mittel wie die kaiserlich auch koniglich maiestaten zcu Polen der landt Preussen halben zcu vorgleichen und der Teutsch Orden auch zcu vorgnuegen sein sollt.

Erstlich das die preussischen landt, so von alder bei Polen gewesen, als Dantzken, Elbingen, Thorn etc. dem heiligen Reich oder haus Burgundi gelassen. Also das koniglich maiestat zcu Polen das Reich doran nit vorhindern, sonder alein, dieweil sie an Polen greintzen, in der selbigen schutz und schirm bleiben sollen.

Und das die land, so marggraaff Albrecht der Ölder itzt innen hatt, von der kron Polen zcu lehen getragen werden und doch in der kaisерlichen maiestat, des heiligen Reichs oder dess haus Burgundi schutz und schirm weren.

Item das durch hochgemelts marggraaff Albrechts dem Öltern mit dem ertzbischoff zcu Riga¹⁾ also vil gehandelt wurde, das her der ertzbischoff dem Teutschen Orden zcu guttem von landen und leuten gemelts ertzbischoffs obtrete und dem Orden kegen den preusischen landen ubergebe und die marggraffen von Brandenburgk dogegen bey Preussen blieben, doch das einem andern ertzbischoffe ein genante summa jarlichs einkomens, wie an andern orten mehr geschehen, geordnet, der in geistlichen sachen die vorwaltung hett. Auch das capitell bey seinen ordnungen, zcinsen, gulten, rechten und gerechtigkeiten pleibe und von dem Theu-schen Orden auch bey irer alten religion geschutzt, geschirmbt und gehandthabt, auch von desswegen von dem stul zcu Rom gepurliche consens und confirmacion ausgebracht und in den preusischen landen das interim angenommen werde.

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

Cracoviae, 30.IX.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
iterum de negotio feudali.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Non sumus decepti opinione nostra, quod perspectam habentes Illustritatis Vestrae prudentiam et observantiam erga nos, ipsa inscia Oratores eius nuper ad nos proficiscentes de medio itinere retrocessisse nobis persuasimus. Quae enim nunc tempora sunt, qui rerum status quique nonnullorum conatus, non difficile fuit intelligere, neque nostra ex dignitate illud esse, neque Illustrati Vestrae expedire. Quapropter non iniuria molestius id tulisse nobis videmur, quippe qui et nostrae dignitati et Illustritatis Vestrae rationibus quam optime consultum velimus. Verum satisfactum iam nobis est tum ab Illustritate Vestra, eo quod litteris nostris admonita Oratores e vestigio remisit, tum ab his ipsis difficultatem itineris propter metum pestis nostrorum hominum excusantibus. Itaque offensam nostram deprecantibus ipsis remisimus, quod apud Illustritatem Vestram testatum facere voluimus. Quam bene valere cupimus. Cracoviae, XXX Septembbris, anno Domini MDXLIX, Regni vero nostri XX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrisit.b)

a)-b) *manu propria.*

Cracoviae, 10.X.1549.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
iterum de negotio feudali.*

(Scriptum magna ex parte destructum)

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Frater noster Charissime.

Nunctiis et literis Illustritatis Vestrae, quibus Consiliarios et Oratores su[os... excu]sat,^{a)} quod ad diem homagio praestitutum hic non affuerunt, ante aliquot dies ab... ...mus^{a)} ostendimusque nos ea de re conquiescere, cum quod persuasum haberemus... ...cio Oratores Illustritatis Vestrae inscia ipsa ex itinere retrocessisse, cum quod iidem [O]ratores pro se ipsi nobis satisfecissent. Cum autem hic Nuncius Illustrita-

tis Vestrae, qui complus[culo...] hic fuit, literas eiusdem Illustritatis Vestrae eadem de re prius scriptas, posterius hoc... nobis reddidisset, non putavimus eadem nobis apud Illustritatem Vestram iterum atque iterum [repe]tenda esse. Caeterum cum se nobis commoditas ad institutum illud neg[otium] p[er]ficiendum obtulerit, faciemus Illustritatem Vestram tempori certiorem. Quae bene [valeat]. Cracoviae, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

b) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.^{c)}

a) *charta perforata.*
b)-c) *manu propria.*

N. 483.

Cracoviae, 18.X.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
mittit litteras salvi conductus pro famulis Alberti iunioris marchionis
Brandenburgensis.
(*m.p. regis subscriptum*)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 306.

N. 484.

Varsaviae, 6.XII.1549.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
canes venaticos et retia petit.
(*m.p. reginae subscriptum*)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 306.

N. 485.

Cracoviae, 14.XII.1549.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ad querelas ducis ita respondet, quod, cum primum pestis hactenus saeviens conquieverit, a designatis utrinque commissariis omnibus finium controversiis semel finis imponetur.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 306.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Quod Illustritas Vestra scribit nobis bona sua invadi et subditos iniuriis affici a nostris hominibus, nihil eiusmodi iussu aut permissu nostro fit.

Caeterum si qui novi limites seu scopuli privata cuiusquam temeritate positi sunt, eos maluissemus rite causa cognita per delegatos utrinque iudices et commissarios, quam propria Illustritatis Vestrae autoritate, disiici semelque omnibus controversiis finem imponi. Quod quamobrem hactenus factum non sit, in causa est pestis ista, a qua sibi carent homines. Verum ubi ea conquieverit et Illustritas Vestra nobis indicarit, in quodnam tempus convenire commissarios ad regundos fines disceptandasque controversias velit, mandabimus nostris, quos ad eam rem delegare volemus, ut sine longiori mora convenienter cum iis, quos Illustritas Vestra delegaverit, et isti ipsi negocio diligenter videntur.

Revera enim Illustritati Vestrae nihil detrahere volumus, quemadmodum et ipsa recte sibi de nobis persuadet. Quod si qua lenitate ea usum est hactenus, et a nobis, nisi fallimur, mutuum factum est, fietque deinceps etiam, quoad Illustritas Vestra volet. Cui libenter, quoad recte possumus, gratificamur. Praefectis nostris finitimis mandamus, ut suos in officio et quiete contineant interim, donec controversi isti fines regi comemode possint. Illustritas Vestra bene valeat. Cracoviae, X^{IIII} Decembris, anno Domini MDXLIX, Regni nostri XX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit. b)

a)-b) *manu propria.*

N. 486.

Varsaviae, 21.XII.1549.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro canibus et retibus gratias agit.
(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 306.

N. 487.

Varsaviae, 24.XII.1549.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
ad certas controversias componendas commissarios propter pestem saevientem venire non posse significat.
(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 306.

N. 488.

Varsaviae, 15.I.1550.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Anna, cive Poltoviensi, quae Ernesto Rachembergk, capitaneo Memelensi, per 16 annos servit, a quo tamen pro servitio suo praeter promissa mercedem nullam accepit.
(m.p. reginae subscriptum)
Vest. sigilli X.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 489.

Varsaviae, 15.I.1550.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro salutationibus per consiliarium ducis, Andream de Willamsdorff (Vilmasdorff), transmissis gratias agit vicissimque ducem salutat; caeterum sive id fato, sive Deo volente factum est, quod factum est, ut Illustritas Vestra aliunde sibi uxorem vitaque sociam sumpserit, non putamus ob id amicitiam nostram mutuam imminui ac labefactari debere.
(m.p. reginae subscriptum)
Vest. sigilli X.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 490.

Cracoviae, 2.II.1550.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Nicolao Radziejowski, castellano Gostinensi.
(m.p. regis subscriptum)
Vest. sigilli VIII.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 491.

s.l., [ante 20.II.1550].

*Bona regina Poloniae per nuntium suum, pal. Plocensem, Felicem Srzeński Alberto in Prussia duci
de matrimonio filiarum.
Instructio.
Sine sigillo.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 492.

s.l. [ante 22.III.1550].

Bona regina Poloniae, per nuntium suum [Martinum Wolski]

Alberto in Prussia duci

*de negotio matrimoniorum filiarum suarum cum principibus Germaniae,
inter alios cum Henrico II duce Brunsvicensi et Ernesto duce Bavariae,
episcopo Salisburgensi, qui statum saecularem assumere intentit.*

(*Instructio.*)

Sine sigillo.

H B A, B 1, K. 307.

N. 493.

Cracoviae, 22.IV.1550.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de legatione Assueri Brandt; de castellano Posnaniensi [Andrea Górką] a
duce commendato; de tempore suscipiendi feudi; de nova cum im-
peratore [Carolo V] et rege Romanorum [Ferdinando I] confoedera-
tione, etc.*

Sigill. IX.

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Frater noster Charissime.

Quod ad ea, quae nostro nomine Generosus Asuerus Brant Illustrati-
tati Vestrae renunciavit, tardius nobis responderit, in bonam partem
actipimus, neque enim ignoramus, quantopere cura ista de excipienda
dulcissima coniuge deque tractandis pro dignitate hospitibus Illustrita-
tem Vestram sollicitam habuerit. Nos vero fecimus libenter, quod ad
nuptias illius coherestandas nuncium nostrum misimus, facturi deinceps
etiam omnia libenter, quae ad illius dignitatem et commodum pertinere
putabimus. De qua non modo non suspicamur secus aliquid, verum etiam
omnia nobis promittimus, quae de fratre nostro nobis addictissimo deque
beneficiario Principe nostro promittere nobis fas est.

Quod ad Magnificum Castellanum Posnaniensem, non nostra modo,
verum et illius causa ita esse cupimus, ut scribit Illustritas Vestra,
nam nos homini male non volumus, si se talem ostenderit, qualem esse
et fore pollicetur Illustritas Vestra, futurum est id nobis gratum.

De tempore suscipiendi feudi, comunicato cum Senatoribus nostris
consilio, commodiore tempore Illustritatem Vestram reddemus certiorem.

De Caesareae Maiestatis animo in nos non possumus nobis nisi opti-
ma queque polliceri, cum praesertim recens haec inter nos et utramque
fraternam Maiestatem confederatio intercesserit, quam Regno terrisque
nostris et dicionibus omnibus non mediocri emolumento futuram confi-

dimus. Indixit nunc Maiestas eius Comitia Augustae sub fine Iunii mensis.

Quod consilium et auxilium suum in sedandis motibus istis Illustritas Vestra nobis pollicetur, habemus illi gratiam. Nobis omnino deliberatum est divi parentis nostri vestigia persequi et lenitate, mansuetudine clementiaque, quam diversa aliqua ratione, nostros homines in officio continere, modo ut lenitas haec nostra male pleraque nonnullos ne doceat. Naturam nostram ducem sequi cupimus, contra quam facere aliquid cogi nollemus.

Quod nobis iterum comendat Magnificum Castellatum Posnaniensem, videmus Illustritati Vestræ curae esse rationes illius. Nobis erit is comendatus, dummodo admonitus ab Illustritate Vestræ talem se prestet, ut tam accurate commendacionis istius fructum aliquem ferre queat.

Excusacionem Illustritatis Vestræ, quod non sua manu scripserit, libenter actipimus. Nos, quandoquidem ea, quae scripsit, tacita esse vult, ei responsum hoc nostrum scribendum mandavimus, cuius fides et integritas spectata nobis est, cuius etiam opera in multo secretioribus rebus uti solemus, nihil ut necesse habeat Illustritas Vestræ dubitare ea, quae scripsit, fore tacita.

Cupimus Illustratatem Vestrām bene valere. Cracoviae, XXII Aprilis, anno Domini MDL, Regni nostri XXI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 494.

[Varsaviae ante 23.IV.1550].

Bona regina Poloniae per nuntium suum [Martinum Wolski]
Alberto in Prussia duci
de matrimonio filiarum.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 495.

Varsaviae, 8.V.1550.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de matrimonio filiarum suarum, qua in re literas tulit Martinus Wolski
de iis, quae in eodem negotio cardinalis Augustanus [Otto Truchsess] effecit.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

Petricoviae, 24.VI.1550.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae**Alberto in Prussia duci**mittit exemplum litterarum imperatoris [Caroli V] ad regem Romanorum [Ferdinandum I] de negotio Prussico scriptarum,^{a)} consilium du-**cis expedit, quid sibi in causa banni imperialis ulterius sit faciendum.**Vest. sigilli VIII.**H B A, B 1, K. 307.**Sigismundus Augustus etc.**Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.*

Attulerunt nobis nuper Oratores Serenissimi Regis Romanorum exemplum literarum Caesareae Maiestatis ad eius Maiestatem de negocio Prussico, quae longe diversae sunt a prioribus, quas antea vidit Vestra Illustritas. Quod facile animadvertis, si cum illis conferet. Itaque transmittimus id exemplum eidem Illustratiti Vestrae, simulque ea, quae Orator noster, Reverendus Dominus Episcopus Culmensis,^{b)} apud supramemoratam Caesaream Maiestatem eodem de negocio egit et confecit. Exposuerunt etiam nobis iidem Oratores Dominum suum, Serenissimum Regem Romanorum, cupere, ut Augustae sub tempus Imperialium Comitiorum nunc instans ea tractatio transactioque inchoetur, si modo nos quoque in Suam Maiestatem, velut arbitratorem et amicum compositorem, pro parte nostra consentiamus.

His igitur de rebus existimavimus operae precium esse Illustritatem Vestram a nobis primo quoque tempore certiorem fieri, ut, quoniam hae res magna ex parte ad ipsam quoque pertinent, consilium nobis praebat intra quartum decimum diem, quid statuendum nobis iis de rebus ac cum quali responso dimittendos esse Oratores supradictos putet. Ac transactionem quidem amicam atque transactorem, modo ne arbitrii ferendaeque sententiae ius habeat, non detrectandum nobis arbitramur, ne belli quam pacis cupidiores esse videamur. Caeterum, an Augustam nunc ad Comitia Oratores et Procuratores ea de re mittere debeamus, an vero in alium locum atque tempus eam transactionem differri postulemus, de eo nobis Illustritas Vestra sententiam suam aperiet. Itemque quid censeat nobis petendum esse a Serenissimo Rege Romanorum, ut sublationem sive suspensionem banni Illustratiti Vestrae conficiat, quo tuto ea quoque et secura rerum suarum Procuratores suos una cum nostris ad eam transactionem possit mittere, an vero ipsi suffecerint litterae fiduciae sive salvi conductus. Nam de progressu atque modo tractandi, itemque aliis de rebus ad idem negocium pertinentibus, laxiore spacio temporis Illustritas Vestra cogitare ac deliberare nobisque indicare et monumenta litterarum ad rem necessaria conquerire poterit. De tempore, modo ac de loco deque banno statim nobis certi aliquid respondeat. Factura nobis rem gratam sibique maxime conducibilem. Quae bene valeat. Piotrcoviae, XXIIII Iunii, anno Domini MDL, Regni nostri XXI.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}^{a)-b)} manu propria.^{*} litterae imperatoris desunt.¹⁾ Stanislaus Hosius.

N. 497.

Gomolin, 30.VI.1550.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*Franciscum Żelisławski mittit, a duce postulat, ut significare sibi velit,
quid responsi habeat in negotio, in quo Martinum Wolski miserat.*
(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 498.

Varsaviae, 14.VIII.1550.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de matrimonio filiae [Sophiae] cum duce Brunsvicensi; de litteris cardi-
nalis Augustani [Ottonis Truchsess] in eadem re.*
(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 499.

Varsaviae, 2.IX.1550.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

de eadem re.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 500.

Varsaviae, 13.IX.1550.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*quod subditi eius Iurborgenses queruntur multis se et magnis iniuriis a
subditis ducis affici.*

(m.p. reginae subscriptum)

Vest. sigilli X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 501.

Cracoviae, 3.X.1550.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
litterae salvi conductus pro Alberto in Prussia duce.
(m.p. regis subscriptum)
Vest. sigilli VIII.
H B A, B 1, K. 307.

N. 502.

Cracoviae, 15.X.1550.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro civibus Toruniensibus, ut eis merces a subditis ducis retentae restituantur.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Questi sunt nobis subditi nostri cives Thorunenses merces et bona sua in ditione Illustritatis Vestrae, eiusdem Illustritatis Vestrae iussu, clarigari sive arestari, quasi subditus quidam eiusdem Illustritatis Vestrae, Michael Schmidt, ius suum contra Georgium Ritter, civem Thorunensem, obtinere apud ipsos non posset, cum tamen ipsi iuditium dent ex more et legibus suis in illum ipsum Georgium, ac deinceps quoque parati sint, modo quis postulet. Id nos ab Illustritate Vestra contra subditos nostros, neglecta ac despacta autoritate et Maiestate nostra, attentari, quod a nullo adhuc, quamvis alieno vicino, regnantibus nobis factum est, vehementer miramur. Non dant istud Illustrati Vestrae foedera et pacta cum divo parente nostro conventa, non ius feudi. Si non obtinebat subditus Illustritatis Vestrae ius suum apud Thorunenses, subditos nostros, apud nos de iis questum oportuit.

Quocirca hortamur et requirimus Illustritatem Vestram etiam atque etiam, ut clarigatas et retentas merces atque bona subditorum nostrorum ipsis reddi et restitui salva iubeat curetque. Deinceps vero ne quid tam duriter in eos aut in quenquam omnino nostrorum statuat aut aedicat.^{a)} Quod si qua iniuria ea se aut quenquam suorum a nostris affectum esse putat, a nobis ius petat. Sumus tamen, et praesertim Illustritati Vestrae, uti vasallo, debemus esse idonei, ad quos de subditorum nostrorum iniurialis referatur. Expectamus responsum iis de rebus ab Illustritate Vestra. Quae bene valeat. Datum Cracoviae, XV Octobris, anno Domini MDL, Regni nostri XXI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

N. 503.

Varsaviae, 15.XI.1550.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de adversa ducis valetudine dolet, quae ei Cracoviam et Varsaviam se
conferre non permittit.*

(m.p. reginae subscriptum)

Vest. sigilli X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 504.

Varsaviae, 28.XI.1550.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

iterum de iniuriis civibus Iurborgensibus illatis.

Vest. sigilli X.

H B A, B 1, K. 307.

Bona etc.

Illustrissime Princeps, Affinis noster Charissime et Honorande.

Scripseramus non multo ante Illustrati Vestrae pro subditis nostris Iurborensibus, postulantes ab Illustritate Vestra, ut illis debitam iusticiam de subditis suis Ragnetensibus et Instrucensibus ratione iniuriam, quibus ab eis afficiuntur, administrare mandaret. Cum his literis Capitaneus noster Iurborensis, Generosus Andreas Patrikoski, ad Illustratatem Vestram miserat, ad quas Illustritas Vestra responsum nobis dedit, quod propter expeditionem itineris Cracoviensis eiusmodi querelas et iniurias subditorum nostrorum audire et cognoscere non potuit. Ubi tamen Cracovia redierit, promisit Illustritas Vestra, hisce querelis auditis, debitam se nostris subditis iusticiam administraturam.

Nunc cum Illustritas Vestra istic in Prussia sit et nusquam extra dicionem suam discedat, postulamus ab Illustritate Vestra, ut quemadmodum pollicita est, iam tandem subditorum nostrorum querelas audiat et cognoscat ac eisdem iusticiam debitam de subditis suis, sine ulterioribus dilationibus, administrare mandet. Porro quod fundum attinet, de quo ex parte Magni Ducatus Lituaniae et Illustratatis Vestrae controversia est, de hoc et aliis rebus commisimus eidem Andreae Patrikoski verbis Illustrati Vestrae dicere. Ei fidem plenam Illustratas Vestra habere et ita, uti dignum et conveniens est, in eo se gerere velit. Facturam Illustratam Vestram confidimus. Faciet autem nobis rem gratam. Dominus Deus servet Illustratatem Vestram diu incolumem et semper foelicem. Datae Varsovia, XXVIII Novembris, anno Domini MDL.

a) Bona Regina subscriptis.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 505.

Cracoviae, 22.XII.1550.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de ducis legatis.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Frater noster Charissime.

*Quid hic apud nos egerint et confecerint Oratores Illustritatis Vestrae,
supervacaneum est scribere. Ex ipsis enim Illustritas Vestra omnia recte
intelliget. Quae bene valeat. Datum Cracoviae, XXII Decembris, anno Do-
mini MDL, Regni vero nostri anno XXI.*

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscriptisit.^{b)}*

^{a)-b)} *manu propria.*

N. 506.

Varsaviae, 5.I.1551.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
Bernardum Prethwicz, capitaneum Bareensem, quem ad ducem in negotio
filiarum mittit, commendat.
(m.p. reginae subscriptum)*

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 507.

Varsaviae, 20.I.1551.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
duce postulante, iustitiam se ducis subdito, Erasmo Preusz, administrari
iussisse nuntiat.
(m.p. reginae subscriptum)*

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 508.

Varsaviae, 20.I.1551.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
in negotio subditi ducis Augustini Feierabent.
(m.p. reginae subscriptum)*

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 509.

Varsaviae, 15.II.1551.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de Andrea Patrykowski, praefecto Iurborgensi, et de Petro Tidman, capita-
neo Ragnetensi, eiusque laboribus silvestribus.
(m.p. reginae subscriptum)*

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 510.

Cracoviae, 20.II.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
iureconsultum ducis, Franciscum Thege, exaudisse se nuntiat et per eum
responsum mittere; petitioni Ottonis Henrici comitis palatini Rheni
satisfacere non potuisse.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

*Expositus nobis Eximus Franciscus Tege, Iureconsultus et Consiliarius
Illustritatis Vestrae, postulata eiusdem Illustritatis Vestrae, ad eaque
responsum a nobis accepit pro temporis et rerum condicione, quod ipse
coram referet.*

*Quod vero ad Illustrem Dominum Ottonem Henricum Comitem Palati-
num Rheni attinet, ei sic literis nostris respondemus, ut non voluntatem,
sed facultatem ad commodandum ipsi deesse nobis ostendamus, propterea
quod magnis et necessariis sumptibus exhausturamur. Cuius rei testis Illus-
tritas Vestra apud Illustritatem eius nobis esse potest. Ubi vero pauxillum
raciones nostras explicuerimus, non erimus Illustritatis eius et officii
nostrri immemores. Illustritas Vestra bene valeat. Cracoviae, XX Februarii,
anno Domini MDLI, Regni vero nostri XXII.*

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 511.

Cracoviae, 22.II.1551.

*Barbara regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
causam Ottonis Henrici comitis palatini Rheni, a duce sibi commendatam,
se apud regem coniugem diligenter egisse, regi tamen facultatem
deesse, ut ei nunc gratificetur.*

Sigill. XII.

H B A, B 1, K. 307.

**Barbara, Dei gratia Regina Poloniae, Magna Dux Lituaniae, Russiae,
Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc. Domina.**

Illustrissime Princeps, Domine, Affinis noster Charissime.

Grata et accepta apud nos fuit petitio tam Illustritatis Vestrae, quam
Illustris Domini Ottonis Henrici Comitis Palatini Rheni. Nec enim minus
esse aut regia amplitudine alienius putamus dare quam accipere beneficium.
Quam ob rem egimus nos quidem apud Maiestatem Regiam, Dominum
ac coniugem nostrum clementissimum, quam potuimus maximo studio
ac diligentia causam Illustris Domini Ottonis Henrici, quam nobis etiam
Illustritas Vestra et per litteras et per Dominum Franciscum Thege, Consiliarium
suum, commendavit. Sed quoniam nunc in sua multis et magnis
sumptibus sit exhausta, magisque etiam indies exhauiatur, quod Illustritatem
Vestram etiam latere non arbitramur, efficere nihil hoc tempore
potuimus. Qua quidem in re video non animum Maiestati Regiae, alioquin
plane regum atque ad liberalitatem suapte natura propensum, sed facul-
tatem defuisse.

Nobis projecto vehementer dolet eruptam esse nunc eam occasionem
bene merendi tam de Illustritate Vestra, quam etiam de Illustri Domino
Ottone Henrico. Dabimus tamen operam, ut id aliquando cumulate compen-
sare possimus. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram bene valere
cupimus. Datum Cracoviae, die vigesima secunda mensis Februarii, anno
Dominii MDL1.

Ex commissione Sacrae Reginalis Maiestatis propria.

N. 512.

Cracoviae, 23.II.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Stanislao Kostka, palatino Pomeraniae, Georgio Konopacki, castellano
Elbingensi, Petro Wojnowski, capitaneo Graudnicensi, Ioanni Rabe,
iudici terrestri Marienburgensi, Alberto Lichtenhan
de finibus regundis inter bona Schaden, episcopi Pomezaniae [Pauli Spe-
rati] et bona Honigfeldt, Achatii Brandt.*

(Exemplar. Adest versio germanica)

H B A, B 1, K. 307.

N. 513.

Cracoviae, 23.II.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Ioanne Plemięcki (in ms. Plemięczki) et de castro Kowalewo
alienando.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

N. 514.

Cracoviae, 2.III.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Achatio Brandt, scabino districtus Marienburgensis,
de finibus regundis inter bona Schaden, episcopi Pomezaniae [Pauli Spe-
rati] et bona Honigfeldt [Achatii Brandt].*

(Exemplar)

H B A, B 1, K. 307.

N. 515.

Varsaviae, 22.III.1551.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de prospectatio matrimonio filiae [Sophiae], in qua re omnia de consilio
et voluntate regis pendent, deque missione aulici reginae Lasocki ad
regem.
(m.p. reginae subscriptum)*

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 516.

Cracoviae, 9.IV.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Stanislaw Kostka, palatino Pomeraniae,
ut Alberto duci pensionem annuam 4000 florenorum extradat.*

(Exemplar)

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifice, sincere nobis dilecte.

*Iam proxime dies Paschae sacra præteriit, ad quam nos Illustri Domino
Duci Prussiae, affini nostro charissimo, annuam pensionem singulis annis
ex fisco nostro dare et extradere soliti sumus. Sed quia cum et a Sinceri-
tate Tua haec pensio oportunius illic accipienda sit, quam exhinc tam*

commode perferri debeatur, et nos huc etiam tum non modico indigimus^{z)} peccunia, committendum Sinceritati Tuae duximus, prout et praesentibus committimus mandantes, ut ad rationem proventuum nostrorum haec pensio quatuor millium florenorum, per quatuordecem scottos more solito computatorum, a Sinceritate Tua cuivis ab Illustri Domino Duce praetacto cum mandato repetenti, accepta prius eius recognitione, dissolvatur ac moris postpositis extradatur. De quibus nos Sinceritatem Tuam quietamus et liberam facimus, in rationeque futura suscepturi sumus. Secus Sinceritas Tua pro gratia nostra non factura. Cracoviae, die nona Aprilis, anno Domini MDLI, Regni nostri XXII.

Sigismundus Rex subscriptis.

Magnifico Stanislao Kosthka de Stembergk, Palatino Pomeraniae terrarumque nostrarum Prussiae Thesaurario, ac Golubensi, Pucensi Derschaviensique nostro Capitaneo, sincere nobis dilecto.

^{z)} sic in ms.

N. 517.

Varsaviae, 11.IV.1551.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de prospectato matrimonio filiae Sophiae cum duce Ioanne [Brunsvicensi]
et de missione Lasocki.
(m.p. reginae subscriptum)
Vest. Sigill. X.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 518.

Cracoviae, 24.IV.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de lite Ketting - Hermensdorff.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 519.

Varsaviae, 26.IV.1551.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de matrimonio reginulae Sophiae; de informationibus de filio regis Daniae, [Christiani III] de litteris per Młochowski et Gabrielem Tarło in eadem re missis.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
(Cum 2 schedulis)
H B A, B 1, K. 307.*

Cracoviae, 23.V.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de legati sui Philippi Padniewski ab imperatore Carolo V reditu.
Sigill. VII.
(2 annexa: exemplar responsi nomine Caroli V ad legationem Philippi
Padniewski dati 28.II.1551 de proscriptione et exemplar epistolae Ca-
roli V ad regem Ferdinandum I de eadem re)
H B A, B 1, K. 307.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

*Rediit tandem a Caesarea Maiestate Nuntius noster, Venerabilis Phi-
lippus Padniewski. Quid autem retulerit, ex adjuncto scripto Illustritas
Vestra cognoscet. De quo cum ea primo quoque tempore communicaremus,
praetermittere noluimus. Cupimus autem, ut Illustritas Vestra vicissim
ea de re consilium suum nobis aperiat. Quae bene valeat. Cracoviae,
XXIII Maii, anno Domini MDLI, Regni nostri XXII.*

Ex commissione propria Sacrae Regiae Maiestatis.

Annexum I:

Sacra Cesarea et Catholica Maiestas etc., Dominus noster clementissi-
mus, intellexit ea, quae Serenissimi ac Potentissimi Poloniae Regis etc.
Orator Maiestati Suae Cesareae de renovatione foederum paternorum et
avitorum inter Suam Caesaream et Romanorum Regiam Maiestatem, et
ipsum Serenissimum Poloniae Regem, deque propensa voluntate Maiestatis
Cesareae erga ipsum Serenissimum Regem atque aliis rebus, de
quibus Reverendissimus Episcopus Culmensis,¹⁾ qui nuper ad Caesaream
Maiestatem nomine ipsius Serenissimi Regis legatione functus est, ad
Serenitatem Suam Regiam retulit, docte et copiose proposuit.

In primis gratum habet ipsum Serenissimum Regem Maiestati Suae
Caesareae benevolum et propensum animum ex praefato Reverendissimo
Episcopo Culmensi intellexisse. Datura sane operam, ne in hoc genere
certaminis ipso Serenissimo Rege inferior fuisse videatur.

Iam quod ad negocium Pruthenicum attinet, de quo regius hic Orator
cum Caesarea Maiestate egit, plane nihil dubitat ipsius Caesarea Maiestas,
qui Serenissimus Rex Poloniae iam olim exactis superiorum temporum
tis praesertim, quae Maiestas Sua Caesarea iam olim cum Serenissimo
quondam Rege Sigismundo, huius Serenissimi Poloniae Regis genitore,
nunquam intermoriturae memoriae, et post illius obitum cum hoc ipso
Serenissimo Rege et ipsis Oratoribus, primum in novissimis Comitiis
Imperialibus anni quadragesimi octavi in hac urbe habitis, deinde vero
in ditionibus Suae Maiestatis inferioris Germaniae, tum per litteras egit,
tum verbo Serenitatis Suae Legatis exposuit, abunde cognoverit, quanto
studio Maiestas Caesarea concupierit huic controversiae modum atque
finem iam dudum impositum esse. Verum quid hactenus huic desiderio
ipsius Caesareae Maiestatis obstiterit, ipsum Serenissimum Regem Po-
loniae minime latere existimat. Nam cum haec non sit Maiestatis Suae

Caesareae privata, sed publica Imperii causa, non potuit Maiestas Sua quicquam firmi de ea re statuere nisi cum participatione Ordinum Imperii.

Quae autem in omnibus fere Comitiis Imperialibus, quae a paucis annis citra satis crebra sunt habita, ipsorum Ordinum sententia fuerit, Serenitas illius Regia procul dubio tum e suis Oratoribus, tum ex litteris et responsis Caesareae Maiestatis, edocta est.

Gratum autem est Caesareae Maiestati, supra quam dici potest, quod cognoverit Serenissimum Regem Poloniae tandem in amicabilem tractationem Serenissimae Romanorum Regiae Maiestatis descendere. Sperat enim Caesarea Maiestas hanc tractationem amicabilem plurimum momenti allaturam ad pacem et tranquillitatem perpetuam inter Imperii et Regni Poloniae Ordines ac subditos confirmandam.

Neque vero Maiestas Sua detrectasset suspensionem decreti proscriptionis, promulgati in iudicio Cameræ Imperialis contra Albertum Seniorem Marchionem Brandenburgensem, nunc etiam, ut antea quoque fecit, concedere, nisi comperissent Ordines Imperii frequentes in eam sententiam ire, ut indicarent Maiestati Suæ Caesareæ per Imperii constitutiones, easque nuper in Comitiis Imperialibus anni quadragesimi octavi in hac civitate denuo instauratas et roboratas, integrum non esse proscriptionem illam citra consensum partis adversae suspendere.

Itaque, quod proximum erat, Maiestas Sua Caesarea constituerat cum Administratore et Magistro Ordinis Theutonicorum²⁾ agere eumque inducere, ut decretum proscriptionis illius suspensi pateretur. Verum eo ipso tempore is Magister Ordinis in gravem et periculosum morbum incidit, qui illum diu continenterque afflxit adeo, ut mutandi aeris causa aeger hinc avectus sit. Quo factum est, ut Maiestas Caesarea non potuerit cum illo quicquam de hac re agere in praesentia.

Verum ne interim nihil intermitteret, quod officii sui esset et per eam praestari posset in beneficium concordiae, litteras dedit ad Serenissimum Romanorum Regem, huius causae arbitrum designatum, quibus Maiestatem illius Regiam obnixe rogat, ut cum Administratore et Magistro Ordinis Theutonici omni diligentia agere velit, quo is in suspensionem decreti proscriptionis, quantum fieri potest, longissimam consentire velit. Nihil vero dubitat Caesarea Maiestas, quin ipse Serenissimus Romanorum Rex, cum hac in re, tum in aliis omnibus, quae controversiae illi sopiae oportuna cognoverit, omnem operam et diligentiam adhibitus sit.

Quam rem Maiestas Caesarea pro sua quoque virili, si qua ratione potest, tum pacis studio, tum ob mutuam illam amicitiam et arctam necessitudinem, quae Maiestati Caesareæ cum Serenissimo Poloniae Rege intercedit, provehere ac promovere haud quaquam intermittet.

Atque haec omnia praefato regio Oratori significare voluit, ad Serenissimum Regem suum Caesareæ Maiestatis nomine referenda. Cupit enim Maiestas Sua Caesarea ipsi Serenissimo Regi, quacunque in re potuerit, facere et praestare quae illius Serenitati Regiae grata ac mutuae benevolentiae amicitiaeque inter Suam Maiestatem et ipsum Serenissimum Regem alendae opportuna existimabit.

Actum Augustae Vindelicae, die ultima mensis Februarii, anno Domini MDLI.

Ioannes Obernburger.

1) Stanislaus Hostius.

2) Wolfgangus Schutzbahr.

Annexum II.

Carolus etc. Serenissimo Principi Domino Ferdinando etc., salutem etc.
Serenissime Princeps, Frater noster Charissime.

Cum serenitatem Vestram, tanquam Bohemiae Regem, in causa et controversia inter Udem^{z)} Wolfgangum, Administratorem Magni Magistratus Prussiae ac Magistrum Ordinis Theutonicorum per Germaniam et Italiam, Principem nostrum devotum, dilectum eiusque Ordinem ex una, et Serenissimum Principem Dominum Sigismundum Augustum Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc., fratrem et consanguineum nostrum charissimum, neconon Albertum Seniorem Marchionem Brandenburgensem ex altera parte vertente, arbitrum et arbitrarem iam denuo, cum participatione et voto nostrorum et Imperii Sacri Ordinum, qui in his nostris Comitiis Imperialibus nobis adfuere, deputaverimus, prout in litteris nostris sub data hodiernae diei latius continetur, cumque praefatus Serenissimus Poloniae Rex per suum Oratorem, huc ad nos et Status ac Imperii Ordines destinatum, inter alia a nobis petierit, ut decretum imperialis banni, in dictum Marchionem Albertum Seniorem et suos a iudice et assessoribus iudicii Imperialis Camerae nostrae latum, in aliquod tempus diuturnum suspendere velimus, quo is ad dictam tractationem tuto venire aut suos destinare possit, nos ea re cum Statibus Imperii communicata, cum illos in ea sententia esse videamus, quam Vestra Serenitas procul dubio iam antea intellexerit, et cuius exemplum eidem Serenitati Vestrae, si forte illi aliis negotiis occupato excidisset, una cum relatione scripturarum, in his Comitiis per utramque partem nobis et Imperii Ordinibus oblatarum,^{a)} ipsorumque Ordinum Imperii voto atque sententia super eisdem scripturis huic nostro rescripto oclusum mittimus, animadvertentesque difficile^{b)} esse compositionem inter partes tractare, banno in Marchionem Albertum ac suos decreto in suo robore ac vigore permanente, cum ille nec tuto comparere, nec suos ad trattationem institutam mittere posset ob praesens periculum exequutionis ipsius banni, in ipsum et suos decreti.

Verum cum Ordines Imperii in ea sententia sint, ut bannum illud citra consensum partium suspendi non posse arbitrentur, itaque ne hac de causa amicabili transactioni impedimentum obiciatur, Serenitatem Vestram fraterne hortamur et ab illa petimus, ut cum praefato Principe nostro, Administratore Magni Magistratus Prussiae et Magistro Ordinis Theutonici, nomine nostro cum diligentia agere omni et tractare, ut is in suspensionem dicti banni ad tempus Serenitati bene visum, et quanto fieri commode poterit, longissimum consentire velit. In quo Serenitas Vestra rem componendae paci consentaneam et nobis gratam factura est. Et Vestram Serenitatem recte valere feliciterque regnare optamus. Datum in civitate nostra imperiali Augusta Vindelica, die ultimo mensis Februarii, anno Domini 1551, Imperii nostri 31 et Regnum nostrorum 36.

a) *in ms. oblaturum.*

b) *in ms. difficile*

z) *sic in ms.*

N. 521.

Varsaviae, 4.VI.1551.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

de quadam querela inter Augustinum Feierabent, subditum ducis, et Iacobum Moźdżonek, civem Lomzensem defunctum.

(*m.p. reginae subscriptum*)

Sigill. X.

(*Annexum: litterae testimoniales Ioannis Wilamowski polonice scriptae*)

H B A, B 1, K. 307.

N. 522.

Varsaviae, 30.VI.1551.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

de nativitate filiae ducis per nuntium Petrum Czerny congratulatur.

(*m.p. reginae subscriptum*)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 523.

Vilnae, 1.VII.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

gratias agit pro litteris ducis, quibus ob mortem reginae [Barbarae] ei condolet.

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

N. 524.

Vilnae, 31.VII.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de querelis civium Toruniensium, de quadrigis burgrabio Preusmark ablatis.

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

N. 525.

Vilnae, 14.VIII.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Francisco Buberstein (alias Guberstein) subdito suo, cui Petrus Kon
debitum non solvit.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K. 307.

N. 526.

Wigry, 1.IX.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

queritur de praefecto Insterburgensi, qui arbores, in quibus signa limitum
excisa erant, excidendas curavit; de fugitivis reddendis.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater noster Charissime.

Ex Praefecto bonorum nostrorum Simmensium cognovimus Illustritatis
Vestrae Praefectum Instrubergensem^{a)} arbores, in quibus signa limitum
excisa erant, excidendas curasse, ligna ac robora in sylvis nostris elaborata
per vim abstulisse. Foenum ex loco Motholowicz dicto accepisse. Fugitivos
ex curiis nostris subditorumque nostrorum reddere nolle, inquisitionem
eorum prohibere, sed et commertia nostris Illustritatisque Vestrae sub-
ditis inhibere. Cuius iste conatus quo pertineat, facile perspicere potest
Illustritas Vestra, a qua postulamus Praefecto huic suo mandet, ut ea,
quae abstulit, primo quoque tempore restituat, neque fugitivos nostros
subditorumque nostrorum in praefectura sua recipiat, receptosque sine
ulla tergiversatione dominis persequentibus reddat, liberumque commertio-
rum usum subditis utriusque nostrum permittat, mittatque aliquem ex
suis, qui cum Praefecto nostro signa finium restituant. Hoc enim bonae
vicinitatis ratio et necessitudo nostra postulat. Cupimus Illustritatem
Vestram bene valere. Ex venationibus Wigri, prima Septembbris, anno
Domini MDLI, Regni vero nostri XXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscriptus.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 527.

Varsaviae, 2.IX.1551.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro promptitudine ducis in mutuandis retibus gratias agit, sed aliis nego-
tiis impedita a venationibus abstinere cogitur.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 307.

N. 528.

Wigry, 12.IX.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de profugis Alberto Jasieński, coquinae Magni Ducatus Lithuaniae et
Geranoniensi praefecto, reddendis.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VI.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 529.

Wigry, 16.IX.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de profugis Niconi Zapolski restituendis.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VI.
H B A, B 1, K. 307.*

N. 530.

Wigry, 16.IX.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de damnis a Michaeli Schmidt quibusdam civibus Gedanensibus et To-
runiensibus illatis.
Sigill. IX.
(Cum annexo: querela civium Gedanensium et Toruniensium)
H B A, B 1, K. 307.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Quid nobis querantur et quid petant Henricus Cleynfelt, Consul, et alii complures cives Gedanenses, ex adjuncta supplicatione ipsorum Illustritas Vestra cognoscet. Quam requirimus et postulamus, ut eis omnino satisficeri curet. Aut quemadmodum de Georgii Ritter et aliorum Torunensium, qui ab isto ipso Michaeli Smidt damno affecti sunt, iniuriis a Consiliariis terrarum nostrarum Prussiae, suis quoque adhibitis, cognosci ac decidi volebat, ita de his quoque velit mandetque Consiliariis suis, qui cum nostris conventuri sunt, ut de horum etiam negotio transigant, ne quid prorsus restet, per quod pacta nostra mutua labefactata esse videantur. Scripsimus etiam hac ipsa de re Consiliariis nostris ad conventum Grudentinum. Speramus Illustritatem Vestram in hoc ita se gesturam esse, ut supramemorati subditi nostri denuo nobis ea de re queri necesse

non habeant, quemadmodum necessitudo nostra mutua et offitium Illustritatis Vestrae postulat. Quae bene valeat. Datum in venationibus nostris Vigrensibus, die XVI Septembris, anno Domini MDLI, Regni nostri XXII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

Annexum:

Serenissime Rex, Potentissime Princeps ac Domine, Domine Clementissime.

Post subditorum atque humilium obsequiorum nostrorum commendationem, Vestrae Regiae Maiestati supplices conquerimur. Cum Dei Optimi Maximi et Vestrae Regiae Maiestatis providentia et benignitate subditii Vestrae Regiae Maiestatis in terris Prussiae pace fruantur, quod tamen quidam Michael Schmith, subditus Illustrissimi feudalis Principis Vestrae Regiae Maiestatis, in iisdem terris Prussiae proximo autumno sex et quadraginta lastas halecum et anguillarum, quas aqua Thoruniam misimus, contra communia pacta ac foedera, nulla praemonitione facta, tanquam bona civium Thorunensium in libero tractu Vistulae, fluvii Vestrae Regiae Maiestatis, intercepit.

Ac quanquam duo ex numero nostro affirmarint, atque adeo ad probandum se obtulerint, haleca haec ad nos pertinere, tamen dicti Michaelis mandatarii non solum ea haleca maximo nostro cum damno ex navigio partim in oppidum Marienwerder portari, partim in ripam exponi iusserunt, sed etiam ipsius socii iisdem duobus viris ferrum intentarunt. Quasi vero bonus ille vir Michael legitimi belli iure praedam nactus esset, per aliquot milliaria id publicare non est veritus ac homines ad praedae emptionem vocare. Quocirca magnus numerus emporum illuc brevi advolavit, ut solet fieri, cum res vili praetio venales proponuntur. Ac profecto ne unicum quidem vas halecum reliquum factum fuisse, nisi sollicitudine nostra malo huic praeventum fuisse. Nam interim nos coram suprascripto Principe fide facta, haleca haec ad nos spectare, mandatum ab eiusdem Illustritate magna cum difficultate impetravimus, ut nobis bona nostra restituerentur. Nihilominus tamen quindecim vasa cum dimidio inde distracta fuerunt. Praeterea nos magnos sumptus facere necesse habuimus in reportandis halecibus nostris ad ripam Vistulae et in aliis nautis conductendis, qui eadem haleca Thoruniam navigio adduxerunt. Multa etiam vasa ultro citroque transferendo fracta fuerunt.

Quae quidem damna, una cum expensis eo nomine factis, amplius quam quadringentorum quinquaginta florenorum summam conficiunt. Tamenetsi autem per nuncium nostrum aliquoties commemoratum Principem eo nomine interpellavimus, tamen id hactenus frustra a nobis tentatum est. Quoniam vero permissu eiusdem Principis damna huiusmodi nobis data sunt, et Michael Schmith non habeat unde ea nobis resarciat, Vestrae Regiae Maiestati supplicamus quam humillime, ut ea, pro regia sua in Principem feudalem autoritate, nobis oportuno iuris remedio prospicere dignetur, ut nobis satisfiat. Quod et Vestrae Regiae Maiestati gloriosum erit, si fideles subditos suos a violenta iniuria, qua tempore pacis contra pacta atque foedera publice affecti sunt, vindicet, et nos id etiam nostris

subditis obsequiis, quoad vixerimus, erga Vestram Regiam Maiestatem fideliter promerer studebimus.

Vestrae Regiae Maiestatis

humiles atque fideles subditi
Henricus Cleinfeldt, Consul
Ioannes Schachtman
Bartholomeus Schultz
Wolterius vom Holtz
Hans Roste
Lorentius Filtzer
Andreas Jeckel
Wolterius Bischoff
Martinus Schriver
Gotschalcus Tamme
Hermannus Hoppe
Martinus Soldau.

N. 531.

Stobynki, 19.IX.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

se quendam Gulielmum Skrzyneczki (Bohemum), a Ferdinando I rege rebellum indicatum, in ditionibus suis recipere non posse.

(m.p. regis subscriptum)

Vest. sigilli.

H B A, B 1, K. 307.

N. 532.

Varsaviae, 23.IX.1551.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

de matrimonii filiarum; de Gulielmo Skrzyneczki, Bohemo.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

(Cum schedula de eadem re)

H B A, B 1, K. 307.

N. 533.

Vilnae, 29.IX.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Henrico ab Hasseld, cui bona quaedam Regiomonti creditor suus Antonius Borth pignoratus est.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

Vilnae, 8.X.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de causa Hermensdorffana.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

Vilnae, 27.X.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de litteris regis Romanorum [Ferdinandi I] et magistri Ordinis Theutonico-
rum [Volfjangi de Schutzbahr].

Sigill. VII.

(2 annexa germanice scripta: 1. exemplum litterarum Georgii von
Bappenhaim de die 1.IX.1551 ad regem Ferdinandum de suis cum
magistro Ordinis Theutonicorum [Volfango de Schutzbahr] pertracta-
tionibus nullum exitum hactenus habentibus; 2. responsum magistri
Ordinis eidem Bappenhaim datum)

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Heri, posteaquam Illustritas Vestra a nobis recessit, accepimus literas
Serenissimi Regis Romanorum, cum quibus Maiestas eius transmisit nobis
exemplum epistolae Marsalci imperialis ad se, qua continetur, quid res-
ponsi ipsi dederit Magister Ordinis Teuthonicorum, et quid nobis expec-
tandum sit. Itemque supplicationem eiusdem Magistri, Caesareae Maiestati¹⁾
praeteritis Comitiis Augustanis porrectam. Cum autem soleamus eiusmodi
de rebus cum Illustritate Vestra communicare, arbitramurque interesse
ipsius, ne earum sit ignara, iussimus ea celeriter describi, sicuti scripta
sunt, non satis castigate, ut accepimus, descriptaque Illustratati Vestrae
cum his mittimus. Perscribet autem ea nobis, quid iis de rebus sentiat
et quid nobis deinceps facto opus esse existimet. Quae bene valeat. Vilnae,
XXVII Octobris, anno Domini MDLI, Regni vero nostri XXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

1) Carolus V.

Annexum I:

Allerdurchleuchtigister grosmechtigister Romischer, zu Hungern und
Behem Künig. Eur Romisch Khunigliche Majestet seien mein allerunder-
thenigst gehorsame willig dienst bevor.

Allergenedigister herr.

Auf Eur Romisch Khunigliche Majestet genedigisten gegebenen bevelch, dessen datum stett den funften Augusti jungst vorschinen, byn ich den 26. desselben bey dem hochwurdigisten fursten und herrn, Wolffgangen¹⁾ administratorn des hochmaisterthums in Preussen und meistern Teusch Ordens, meinem genedigisten herrn, zu Morgenthal ankhumen und nach desselben tags mein habend werbung laut instruction furgebracht; darauf sein furstliche gnaden desselbigen biss auf den andern tage bedenckzeith begert. Des also beschehen. Und des andern tags zu fruer tagzeith mich wider mit gepurender dancksagung und erpieten, auch andern generalitaten, die haubtwerbung durch derselben rath einen nachvalgender geschalt beantwurten lassen, das sein furstliche gnaden die sachen nit allain berueret, sonder was sein furstliche gnaden jemals hierinne gehandlt, des gepuret und het sein furstliche gnaden jeder zeith mit rath, wissen und willen derselben furnembisten gepietiger, landtcommentheur und commentheuer, wie des sein furstliche gnaden ehern pflicht und ayde nach eignet und gepueret, fурgenomen und gehandlt. Dieweil aber diese suspension des erlangten rechtens und erkenthen execution sein furstliche gnaden allein ane vorwissen, rath und bewilligung hiebemelter gepittiger, landtcommenthorn, commenthorn und rathe zu bewilligen derselben pflicht und ayde nach nit gepurt nach zuestuende und, ab schon sein furstliche gnaden diesselbig angeregter massen bewilliget, an ir selbst unkreftig were, wie den sein furstliche gnaden hievor in einer supplication, deren copeyen hiebeyneben ligt, die romisch khayserliche majestet underthenigist dergleichen auch bericht, so were an Eur Romisch Khunigliche Majestet seiner furstlichen gnaden underthenigist pitt, die geruechen seiner furstlichen gnaden hierinne genedigst entschuldigt zu haben und siene furstliche gnaden in dem so derselben ehern pflicht und ayde zu wider genedigist verschonen, dergleichen auch seine furstliche gnaden bey der khayserlichen majestet hierinne gleichfals genedigist zu befurdern. Seine furstliche gnaden waren aber des underthenigisten erpitens, diese der romisch khayserlichen und Eur Khuniglichen Majestet genedigist ansinen und begern und ander durch noch beschechne werbung an derselben gepittiger, landtcommenthorn, commenthorn und rathe gelangen zu lassen und Eur Khuniglichen Majestet derhalben schriftliche anthworth zum furderlichisten underthenigist zurzuschicken, derneben Eur Khunigliche Majestet underthenigist pittend, die geruechen diese seiner furstlichen gnaden antwurth anders nit, dan aus obbemelten ursachen beschechen, genedigist zu vermercken. Dan der romisch khayserlichen und Eur Khuniglichen Majestet im allen, so seine furstliche gnaden mit ehrn pflicht und ayde thuen mugen, underthenigist zu bewilligen und zu dienen, weren seine furstliche gnade gehorsamblich und underthenigist willig und bereydt.

Auf diese seiner furstlichen gnaden gegebne antwurt habe ich mit jeder instruction enverleibten und andern ursachen und bewegnissen replictet und, sovil mir muglich, ausgefuert, das sein furstliche gnaden noch derselben orden principal jus und gerechtigkayth mit dieser bewilligung der suspension nichts benumben. Wie auch laider die leuft der welt und sonderlich gemeiner cristenheit geschaffen, was glumpf und fueg auch diese seiner furstlichen gnaden aufzugige antwort bey der romisch khayserlichen majestet, auch churfursten, fursten und stende geperrn wurde, mit andern vill und merern ursachen und worten. Und darauf in namen Eur Khuniglichen Majestet an sein furstliche gnaden gesunen, diese sachen und gegebne aufzugige antwurdt in pösser be-

denckhen und beratschlagung zu nemben, und beden Eur Majestet, seine furstliche gnaden und derselben orden selbst zu guettem underthenigist zu wilfarn.

Dieweil ich aber auch gesehen, das sein furstliche gnaden nur ain eynigen jungen rath und einen secretarien (dann der landtcommentheur daselbst, cantzler und ander rathe in khayserliche comission und andern tagen urberschickth gewesen) gehabt, habe ich fur mich selbst vernemen lassen, demnach die sachen hochwichtige. Und wie seine furstliche gnaden mir selbst angezeigt, das sie derselben rathe verschickth, das doch seine furstliche gnaden die antwurt in weiter bedencken nemen wolten, were ich urputtig desselben erwarten.

Aber auf angeregte replica ursachen und motiven haben seine furstliche gnaden alspaldt selbst weiter unberatschlaget mundtlichen derselben hievor gegebne antwurt ehrn pflicht und ayde vill hoher und schoerpfer, dan durch derselben rath beschechen, angezogen, das auch seine furstliche gnaden underthenigst verhoffens, das romisch khayserliche und Eur Khunigliche Majestet werden seiner furstlichen gnaden vill mehr und hoher zu erhaltung dan zuerstorung seiner furstlichen gnaden ern pflicht und ayde weysen, was dan die bewegnussen der gemeinen christenheyth beschwerung auch allerlay unruhe und unfriede. So noch mer aus diser seiner furstlichen gnaden antwurt oder fernere waigerung ervalgen moechte, truegen seine furstliche gnaden ein christlich treulichs mitleyden. Seine furstliche gnaden und derselben orden wollten aber vermitl gottlicher gnaden dermassen verhalten, das sie zu disen und kundtigen beschwernussen unfriede und unruer nit ursach weren oder geben, und seien mit villn dergleichen und andern auffuerungen seine furstliche gnaden auf hievor gegebner antwurt verblieben.

Demnach und um aber über vill gepflegne handlung seine furstliche gnaden anderst nit zu bewegen gewest, habe ich, sein furstliche gnaden antwurt an Eur Khunigliche Majestet underthenigist zu pringen, annemben muessen. Darneben aber seine furstliche gnaden weiter vermeld, demnach seine furstliche gnaden sich underthenig einer schriftlichen antwurt mit derselben gepietiger, landtcommentheurn, commentheurn und rathen zu entschlossen und Eur Romisch Khuniglichen Majestet zum furderlichisten zu uberschucken, underthenigist erpatten. Und ich aber bey mir gedenccke, das sulche vergleichunge der antwurt one ein gemein zusamenkunft beschwerlich bescheden möge, so seye in namen Eur Khuniglichen Majestet mein gesunen, mich zu verstendigen, wan, wo und wie baldt seine furstliche gnaden angeregte zusamenkunft zu halten und Eur Khuniglichen Majestet derhalben zu beantworten sich getrösten, dessen Eur Majestet underthenigist zu berichten. Darauf seine furstliche gnaden, gepietiger und rathe und sonderlich der maister in Eyfflandt und die zwelf landcommenthor (one derer rath, vorwissen und bewilligung seine furstliche gnaden hierinne nichts zu handlen und zu bewilligen wesse noch mochte) weit voneinander und in fernern landen gesessen, also das diese sachen in eyl und one mercklichen uncosten nit zurgeen möchte. So wollen doch seine furstliche gnaden dahin bearbeyten, das Eur Khunigliche Majestet in sechs manath ungeferlichen underthenigiste antwurt bekhumben sollen. Seine furstliche gnaden wolten auch zu verhuetung allerlay gevare, schaden und mercklichen uncosten sich befleisen, die sachen in schriften undereinander zu verrichten und zu entschliessen; wo es aber je nit gesein khunte, so werde die zusambenkunft eines gemeinen capitls daruber doch etzlich tausent liefe vonnotten sein. Darauf wollten

seine furstliche gnaden mit aller fuerdernuss und underthenigiste willige gehorsame gegen der romisch khayserlichen und Eur Khuniglichen Majestet underthenigist erweissen und sich derselben underthenist bevelhend und underthenigiste dinst erpietndt.

Habe demnach also weiter unverricht verreissen muessen des versehens, wo die zusammenkunft des gemeinen capitls je beschehen muesse, das Eur romisch khunigliche Majestet dessen derselben genedigisten gefallen nach hierinne weiter haben zu richten, entschliessen und zu handlen, zuvor underthenigisten bericht entphahen werden und sollen.

Dieweil auch seine furstliche gnaden also weiter unberatschlaget auf derselben ersten antwurt verplieben, habe ich bey seiner furstlichen gnaden damals fur der handt gewesnen rathen ad partem zu handlen unfruchtbar geacht, sunder die sachen auf jetziger antwurt beruren lassen. Darneben aber mit denselben von khunftiger bewilligung wegen ursachen und bewegnussen auszufuern und dieselben seiner furstlichen gnaden cantzler, als der mir wobekanth und zu dirigierung dieser sachen nit der wenigist ist, in vertrawen zu seiner ankhunft von meinewegen anzuziegen nit underlassen. Das habe Eur Romisch Khuniglichen Majestet ich auf derselben genedigisten bevelch in underthenigister behorsam nit unangezeigt wollen lassen. Eur Romisch Khunigliche Majestet underthenigisten gehorsame ungespart leibs und gutts zu dienen, bin ich willig und beryth, und derselben mich underthenigist bevelhend. Geben Bappenham, den ersten Septembris anno einundfunfzigsten.

Eur Romisch Khuniglichen Majestet allerunderthenigister gehorsamer erbmarschalch Georg zu Bappenham.

Schreiben an die Romisch Khunigliche Majestet von Georgen von Bappenham.

Copi.

1) Schutzbahr.

Annexum II.

Allergenedigister herr.

Mir ist am tage Nicolai im reuchsrate ein copei von einer supplication an Eur Khayserliche Majestet gestellt, erkennt und mitgeteilt. Die hab ich mit schuldigen eeren emphangen und vermerckt, das Eur Khayserliche Majestet der polnisch orator von wegen seines khunigs darinnen gebetten, die ding genedigist dahin zu richten, das die sachen meines ordens landt zu Preussen belangendt, der romisch khoniglichen majestet, meinem allergenedigisten herrn, doch nit als Eur Khayserliche Majestet commissari, sondern arbitro zwischen mir, meinem orden und dann dem abgefallenen, gewesnen hochmeister Albrechten von Brandenburg, des sich nennt hertzog in Preussen mit verwilligung seines khunigs als angemessen lehenherrns, haimgeschtellt, das auch die wal an Eur Khayserliche Majestet camgericht gesprochen acht mitler zeyth wurde suspendiert.

Dargegen und wider erholt ich meiner und meines ordens hochen notturft nach meinen schriftlichen bericht, bitten und beschwerden, Eur Khayserliche Majestet im verschinen Augusto neben ainem abtruckh aller bissalher^{a)} uff vilgehalten reichstagen geuebten handlungen und auch

churfursten, fursten und stenden des reichs furbracht und ich jetzt hiemit abermals besster^{b)} meinung übergebe.

Aus solchem truckh dann neben andern auch clerlich erscheint, was^{c)} uff die jungst ausgegangen Eur Khayserlichen Majestet commission die romisch khunigliche majestet gehandlt hat und derselben von Polln begegnet ist.

Und dieweil dann diss jetzig furnemen und vermeinte des khunigs in Polln vorbehalten bewilligung abermals, wie ich mir des khein zweifel mach, aus negstem meinem angezeigten bedenckhen im furhaben mich und mein orden dordurch als den entsetzten und verstosnen noch mer beschwerlich nit allein uffzuhalten, sonder auch dardurch zu vorschtrickhen und in weitern vergeblichen uncosten zu furen, auch Eur Khayserliche Majestet, des Heiligen Reichs, alles adls Teutscher Nation und meines ordens rechten zu abb[r]uch entspringt und darruet; ^{d)} und nun mein vorfarn, ich und mein orden, nit mit geringem^{e)} nachteil hievor haben erfarn, zu was hochem last die arbitria oder compromiss und guetlich tag besuching vor villen jaren und sonderlich die so weilendt Khayser Maximiliam hochloblucher gedechnus aus genedigistem gemut jetzundt viertzig jar zu verrichtung der schwebunden irrungen^{f)} zwischen Polln und meinem orden aine geen Posenaw auf Johannis sonnwenden furgenommen und ir statlich commissarien dorzue verordent, welche dann über angewendten vleiss bey Polln nichts mugen erhalten, inmassen sich jetzo anderst nichts auch zu befreyen ist; und benenntlich das compromiss, so nach dem des jungst vergangnem zwaintzigsten jars der mindern zal Christi preussischem kriegs zwischen Polln und dem abgefallnen hochmaister verliebt, und daraus geflossner tagsatzung geen Prespurg meinem vorfarn teutschem^{g)} maister, herrn Dietrichen von Cleen, und dem maister zu Leilandt, herrn Waltern^{h)} von Plettenberg seligen, und der zeith den gehorsamen personen und verwandten meines ordens in Preussen allein zu treffenlicher mue und uncostens und zu dem daraus der abfall gewesens hochmaisters entstanden haben gelangt; und ich khurtzlich meer wann in ainen weeg verstandigt, in was geschwinder und geferlicher pracktick der widerteil verrer gegen meinem orden algerait steen und sich bearbeiten soll, und mirⁱ⁾ aber über so khundhbar und geurtailt sachen und furnemblich mit genantem abfellieng pannischen und erclerten achter und aberachter under andern zuwider catholischer religion und gemainer cristlichen khurchen, auch Eur Khayserlichen Majestet und des Heyligen Reichs und adels Teutscher Nation^{j)} rechten und gerechtikaiten, one vorwissen und wolgefalen derselben und meiner furnensten und wegsten gepuetiger zu steur des abgefallnen verwirkung^{k)} von habenden und erlangten rechten zu schreiten und in ainich arbitrium zu gehellen, weder gezimbt nach in meinem gwalt oder macht steat.

Uff solches alles und auch in betrachtung, das mein negster vorfar, her Walther von Cronberg seligen, von Eur Khayserlichen Majestet nach rathe churfursten, fursten und stende des reichs auf den im dreissigsten jar alhie gehaltnem reichstag mit den regalien solcher lande, dessgleichen ich verschines vierundvierzigsten jars zu Speyr underm fahnen offenlich seindt belehndt, und gemelter mein vorfar gerurts dreisigisten jars dieser sachen halben zu recht an derselben khayserlich camergericht ist remittiert, die acht der ende mit urtl und recht erlangt und execution erkhannt und dem camergericht sein strackher lauf gelassen und was alda erkhannt und dem camergericht sein strackher lauf gelassen und, was alda

des reichs camergerichts ordnung und rechten exequiert werden soll, ist mein underthenigist bit, mein und meines ordens mit gemeltem arbitrio oder compromiss allergenedigist zu verschonen und sich sonst zu beweisen, inmassen ich in oberhalter meiner jungst alhie ubergebnen suppli-
cation diemutiglich gepetten habe, Eur Khaiseriche Majestet als meiner und meines ordens von Gott gegebner obrickhaith loblichen und gerechten Romischen Khayser, mich und mein orden hierinnen in aller underthe-
nighkait bevelhende und abermals genedigist cristlich antwurt anruefen-
de. Geben zu Augspurg, am VIII tag Decembbris anno im L^{ten}.

Eur Romisch Khayserlichen Majestet allerunderthenigister schuldiger gehorsamer Wolfgang,¹⁾ administrator des hochmeisterthums in Preus-
sen, maister Teutsch Ordens in tuttschen und welischen landen.

Correctiones factae sunt ex originali in Archivo Viennensi (Haus-, Hof-, und Staats- archiv, Brandenburgica, Fasc. 1 b) conservato.

- | | |
|---------------------|-----------------------|
| a) in ms. bissherr. | g) in ms. Neutschem. |
| b) in ms. pesser. | h) in ms. Waltenn. |
| c) in ms. das. | i) in ms. um. |
| d) in ms. darrurt. | j) in ms. Mation. |
| e) in ms. genugem. | k) in ms. verwunhung. |
| f) in ms. irenugen. | l) von Schutzbahr. |

N. 536.

Vilnae, 28.X.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de frumento libere ex Ducatu Prussiae in Masoviam et Cuiaviam ex-
portando.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Accepimus subditos nostros e Mazovia, Cuiavia ac Dobrinenses, inopia
rei frumentariae praessos,²⁾ e terris nostris Prussiae atque etiam ex
ditione Illustritatis Vestrae frumentum ut petant necesse habere, sed in
eo comparando et exportando a subditis et magistratibus Illustritatis
Vestrae impediri. Quod quidem nos inscia Illustritate Vestra fieri facile
nobis persuademos. Cum autem incivile sit et inhumanum, a quo semper
alias plurimarum rerum copia tibi suppeditetur, ei necessario ipsius
tempore benignitatem tuam claudi.

Postulamus et hortamur Illustratatem Vestram, mandet magistratibus
ac subditis suis, ne in hac parte duriores sint in nostros homines, sed
patientur eos libere emere et exportare, tam frumentum, quam quicquid
aliud opus ad victum habent, si mutua ipsorum benignitate atque suppedi-

tatione uti volunt. Est id non modo societati hominum inter ipsos, verum etiam pietati erga Deum consentaneum. Bene valeat Illustritas Vestra. Vilnae, XXVIII Octobris, anno Domini MDLI, Regni nostri XXII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

N. 537.

Vilnae, 5.XI.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Georgio Ritter.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

N. 538.

Vilnae, 11.XI.1551.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de iniuriis subditis reginae Bonae illatis.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini Charissime.

Detulit ad nos Serenissima Regina, Domina parens nostra colendissima, quod subditi Illustritatis Vestrae multos homines, etiam nobiles, illius Maiestatis subditos, occupant sibique parere cogunt, prata item et sylvas roboraque et asseres paratos usurpant, conniventibus, immo etiam iubentibus Praefectis Illustritatis Vestrae Insterburgensi et Ragnetensi, multis praeterea iniuriis et damnis a subditis Illustritatis Vestrae affectos esse et iusticiam sibi a Praefectis negari. Itaque cupimus ab Illustritate Vestra, praecipiat Praefectis suis, ut subditos in officio contineant, ne fines hucusque observatos transscendant, neve quippiam usurpent et pro damnis ac iniuriis iusticiam debitam et indilatam cum exequitione prompta administrant, ne illius Maiestas hoc nomine deinceps molestia ulla afficiatur. Rem se factura dignam nobisque gratam. Caetera ex illius Maiestatis Regionalis Praefecto Iurbarensi Illustritas Vestra cognoscet. Quae diu sana et foelix valeat. Datum Vilnae, die XI mensis Novembris, anno Domini MDLI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 539.

Vilnae, 13.XI.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de rerum statu in Germania et quid ex ipso pertimescendum sit.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

*Fecimus pro officio et benevolentia nostra erga Illustritatem Vestram,
quod cum ea de iis rebus, quae ad ipsam pertinent, communicavimus.
Minae istiusmodi terroresque non novi iam nobis accident. Sed non is
adhuc esse videtur status rerum in Germania, magnopere ut ii nobis
pertimescendi sint. Consilium Illustritatis Vestrae sequemur pro re nata
et quoad cum dignitate poterimus. Videndum autem erit, quid et quomodo
nos postulare deceat et quid impetrare possimus. Quibus rebus tempus
in consilium adhibere non inconsultum fuerit. Illustritas Vestra bene valeat.
Vilnae, XIII Novembris, anno Domini MDLI, Regni nostri XXII.*

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscrispit.* ^{b)}

^{a)-b)} *manu propria.*

N. 540.

Vilnae, 15.XII.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de controversia inter Georgium Ritter, civem Toruniensem, et Antonium
Schmidt, civem Regiomontanum.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

N. 541.

Vilnae, 21.XII.1551.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de Anna quadam minorenni ex Regiomonte, quae in tutelam quibusdam
Stanislae Czech et uxori eius, civibus Vilnensibus, tradenda est.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 307.

N. 542.

Zadybie, 16.I.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de causa Georgii Ritter.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 543.

Petricoviae, 17.II.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Nicolao Jarand palatino Lanciciensi; de hereditate Gregorii Obornicki.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 544.

Petricoviae, 3.III.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de profugis Stanislao Ugoski restituendis.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 545.

Petricoviae, 18.III.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro Ioanne Wilczewski, a quibusdam subditis ducis atrociter vulnerato et
in carcerem coniecto, ut ei iustitia administretur.*

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 546.

Varsaviae, 24.III.1552.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

per Franciscum Żelisławski ducem salutat, equos pro grege petit.

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 308.

N. 547.

Petricoviae, 25.III.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Absolone Reymann, servitore episcopi Varmiensis [Stanislai Hostii].

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 548.

Petricoviae, 28.III.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

nobilem Ernestum Bock, Silesium, in servitium commendat.

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 549.

Petricoviae, 31.III.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*responsum ad singula ducis postulata per oratorem ducis responderi se
curasse nuntiat.*

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 550.

Petricoviae, 2.IV.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Achatio Czema, palatino Marienburgensi, et Eustachio Knobelsdorff (in
ms. Knoblochstorff)
Alberto duce postulante, negotium iuris hereditarii Clementis Herman
committit.
Sigill. VIII sine inscr.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 551.

Petricoviae, 3.IV.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
salutationes per Assuerum Brandt, capitaneum in Tapiaw, et Lucam Da-
vidis mittit.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 552.

Petricoviae, 5.IV.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de subditis ducis, qui in nemoribus regiis in Merecz feras depredati sunt.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VI.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 553.

Petricoviae, 5.IV.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de Balthasare Sthurmer, Ioanni Kopff pecuniam debente.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 554.

Varsaviae, 6.V.1552.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro equis per Fabianum a Lehendorff pro grege a duce sibi missis gratias
agit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 555.

Gostinii, 24.V.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de causa Georgii Ritter.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 556.

Torunii, 17.VI.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ducem certiorem facit se ab itinere in oppido Quidzin in ditione ducis
diversurum esse.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 308.*

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.*

In oppido Quidzin Illustritatis Vestrae, quoniam in itinere situm est, neque commode a nobis praeteriri potest, divertere statuimus. Qua de re Illustritatem Vestram iam dudum certiorem fecissemus, nisi putassemus nos diutius Torunii commoratueros fuisse. Nunc vero cum discessus noster appropinquet, etsi breve intervallum reliquum est, significare tamen Illustritati Vestrae voluimus, nos illuc ex itinere deflexuros esse. Eam vero salvam et incolumem quamprimum videre optamus. Datum Torunii, XVII die Iunii, anno Domini MDLII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

N. 557.

Varsaviae, 30.VI.1552.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*ut dux pro civibus Varsaviensibus, quorum merces apud Bambergam deten-
tae sunt, apud marchiones Brandenburgenses Mauritium et Albertum
iuniorem operam suam interponat.*

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 308.

N. 558.

Varsaviae, 28.VII.1552.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro Andrea Cybulka (in ms. Czibulka) ex oppido Przasnysz (in ms.
Przasznisz), ut ei iustitia administretur.*

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 308.

N. 559.

Varsaviae, 5.VIII.1552.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*ducem salutat per Stanislaum Ligęza (in ms. Ligęza), pocillatorem reginae
Hungariae [Isabellae].*

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 308.

N. 560.

Gedani, 9.VIII.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro Matthia Tański, nobili Masoviensi, ut ei iustitia administretur.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 561.

Gedani, 9.VIII.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

ut Bartholomaeum de Schkerpen, ducis subditum ad se recurrentem, iterum in gratiam recipiat.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 562.

Gedani, 20.VIII.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de iurgiis a Simone Mylewski (Milewski?) suscitatis deque mercibus retentis.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VI.

H B A, B 1, K. 308.

N. 563.

Gedani, 25.VIII.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de causa Georgii Ritter.

Sigill. VIII sine inscr.

H B A, B 1, K. 308.

N. 564.

Gedani, 25.VIII.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

postulat, ut dux redditus olim commendatoriae Gedanensis ex libris apud ipsum conservatis descriptos sibi mittat.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem.

Opus est nobis, ut sciamus, qui olim fuerint redditus Commendatoriae Gedanensis^{a)} et officium magistri piscatoris.^{b)} Edocti autem sumus apud

Illustritatem Vestram eos libros asservari, quibus eius quoque Commendatoriae redditus accurate descripti contineantur. Postulamus itaque ab ipsa, ut eos redditus ex eo ipso libro descriptos nobis primo quoque tempore mittat. In quo nobis Illustritas Vestra rem faciet in primis gratam. Quam cupimus bene valere. Datum Gedani, XXV^a Augusti, anno Domini MDLII, Regni nostri XXXIV.

c) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{d)}

a)-b) *in margine.*

c)-d) *manu propria.*

N. 565.

Gedani, 28.VIII.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro collegio opificum Gedanensium, ut ipsis saltem dimidiam partem
succini venalis habere liceat.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et prosperitatem.

Collegium eorum opificum, qui in civitate nostra Gedanensi succino formando et expoliendo victimum quaerunt, quoniam fere magna succini difficultate propter mercatores quosdam, qui eam negociationem soli occuparunt, uti quidem aiunt, laborent, supplicant nobis, ut nostris ad Illustritatem Vestram litteris adiuti, saltem dimidiam succini venalis partem, eodem quo caeteris venditur precio emptam, quotannis ab Illustritate Vestra habere possint. Quae res quam de commodis Illustratis Vestrae nihil detractura esse videatur, postulamus ab ipsa, ut hoc nostra causa supramemoratis opificibus nostris gratificetur. Rem nobis in eo gratam factura. Cupimus autem Illustritatem Vestram bene valere. Datum Gedani, XXVIII die mensis Augusti, anno Domini MDLII, Regni nostri anno vigesimo tercio.

^{a)} Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.^{b)}

a)-b) *alia manu.*

N. 566.

Marienburgi, 2.IX.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Iosepho Kiezowski, ducis subdito, ut ei iustitia administretur.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 567.

Iurgenburgi, 19.IX.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
aliquibus officialibus suis
de teloneo duci Alberto pro 50 bobus abducendis condonato.
(Exemplar)
H B A, B 1, K. 308.*

N. 568.

Kropiski, 19.IX.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
in causa Georgii Ritter.
(Exemplar)
H B A, B 1, K. 308.*

N. 569.

Vilnae, 17.X.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Georgio Gerlich, pixidario suo, ut ei bona quaedam restituantur. Ex
commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria Ioannes Ocieski Regni
Poloniae Cancellarius subscripsit.
Vest. sigilli VIII.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 570.

Vilnae, 7.XI.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Ioanne Kowalewicz, advocato de Brzozowo, cui currus, sal, equus
apprehensi sunt a quodam Dworak, ducis subdito.
Sigill. VIII sine inscr.
H B A, B 1, K. 308.*

Vilnae, 7.XI.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
gratias agit duci, qui negotium cum archiepiscopo Rigensi [Gulielmo
Brandenburgensi] curare coepit de matrimonio sororum.
Sigill. IX.
(Cum notula adiuncta)
H B A, B 1, K. 308.*

Illustris Princeps, Consanguinee noster Charissime, salutem totiusque boni, cum amicissima commendatione, incrementum.

Quae nobis Vestra Illustritas per litteras significavit, probe intelleximus, eiusque erga nos observantiam cum summa benevolentia iunctam tanto perspectiorem habemus, quanto magis cernimus Vestram Illustritatem et pro sanguinis mutua inter nos necessitudine, et pro singulari in nos affectu, hoc negocium cum Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi magno studio ac diligentia curare coepisse. Quo nomine Vestrae Illustritati agimus gratias, pariterque postulamus, ut posteaquam causa haec altius opera Illustritatis Vestrae progressa fuerit, quo nobiscum clarius et libere haec universa, ut succedent, communicare velit; ut etiam deinceps nos, si ita hoc negocium postulabit, tanto instructiores ac ad eam rem, quantum in nobis erit, paratiiores esse possimus. Cupimus tandem Illustritatem Vestram diu sanam et incolumem esse, eiusque Illustritati nos fraterne commendamus. Datum Vilnae, VII Novembris, anno Domini MDLII, Regni nostri XXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit. b)

a)-b) *manu propria.*

Notula:

Preterea, quemadmodum cum Vestra Illustritate coram egimus de Illustrissimis sororibus nostris, et nunc iterum vehementer postulamus, quo Illustritas Vestra, hoc nomine, suam operam et autoritatem interponere dignaretur,^{z)} ut iam tandem elocari possint. Censeremus autem dam Electore,¹⁾ qui habet filios iam nuptui aptos, ac etiam cum Illustri Domino Duce Melkieburgensi,²⁾ nepote Illustrissimi Domini Marchionis Brandenburgensis Electoris,³⁾ generi nostri.^{z)} Qua in re ut Vestra Illustritatis suum studium et diligentiam prestare velit, optamus plurimum.

z) sic in ms.

1) Ioannes Fridericus.

2) Ioannes Albertus.

3) Ioachimus.

N. 572.

Vilnae, 7.XI.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de nobilitate Ioannis Poborski.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

*(Annexum: litterae eiusdem Poborski ad ducem germanice scriptae).
H B A, B 1, K. 308.*

N. 573.

Vilnae, 21.XI.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
Balthasarem Sthurmer Regiomontanum, naufragium perpessum, com-
mendat.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 308.

N. 574.

Vilnae, 23.XI.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
se quinque homines, qui violenter domum Stanislai Rylski invaserunt
ipsumque vulneraverunt, proscribendos decrevisse nuntiat postulatque,
ne in Ducatu Prussiae receptionem obtineant.
Sigill. VIII sine inscr.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 575.

Vilnae, 23.XI.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Ioanne a Werden iuniori, ut etiam post mortem patris sui Ioannis a
Werden castrum Preuschmarck tuto tenere possit.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VIII sine inscr.

H B A, B 1, K. 308.

N. 576.

Vilnae, 25.XI.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*litterae credentiales pro Ioanne a Werden in negotio gravaminum, quibus
et regis et ducis subditi ab Anglis afficiuntur.*

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIII sine inscr.

H B A, B 1, K. 308.

N. 577.

Vilnae, 3.XII.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de concionatoribus Gedanensibus.

Vest. sigill.

H B A, B 1, K. 308.

Illustris Princeps, Domine, Consanguinee noster Charissime. Salutem, totiusque boni continuum incrementum.

Recenti tenemus memoria, quos et cuiusmodi sermones in Kropszki cum Vestra Illustritate de variis negotiis habuerimus, ubi inter caetera facta erat mentio concionatorum Gedanensium, ut eis munus concionandi obire liceat. Meminimus quoque nos dixisse esse a nobis prospectum, ut quamvis nonnulli quidem concionatores, ut res et necessitas postularet, essent amoti, nihilominus tamen, ut ibi nonnulli maneant, officiumque predicandi semel susceptum prosequantur. Sed quoniam nunc etiam idem, quod nobis Vestra Illustritas scripsit, ad nos perlatum est, quare confessim, ut hoc nobis erat nunciatum, dedimus ad Episcopum Cuiavensem¹⁾ litteras, ut hanc monitionem a se extraditam omnino relaxet, imo in universum tollat. Quod iam ita ab Episcopo, ut illi a nobis serio scriptum est, factum esse arbitramur.

Quod vero Illustritas Vestra et tractatibus Livonicis, ut nobiscum adinvicem de illis conferebamus, multum hoc incommodare posse existimat, retulimus nos Illustrati Vestrae longe diversiori eoque facilitiori, quam in Regno nostro ordine, res omnes hic in eo Magno Ducatu nostro agi, ita ut ob eam rem nihil est,²⁾ quod metui possit, imo recordamur nos, hoc nomine, pro isto Magno Ducatu nostro Vestrae Illustrati spondisse. Quoniam autem Vestra Illustritas et huius rei nos praemonitos esse voluit, Vestrae Illustrati agimus gratias. Certo enim nobis persuaderemus haec a candido et fere fraterno animo profecta esse. Quod nos quoque Illustrati Vestrae omni benevolentia nostra referre studebimus. Quam diu sanam et foelicem esse cupimus. Datum Vilne, III Decembris, anno Domini MDLII, Regni nostri XXIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

¹⁾ Ioannes Drohojowski.

²⁾ sic in ms.

Vilnae, 27.XII.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de legatione Ioannis de Werden, de marittimarum civitatum negotio cum
Angliae rege [Eduardo VI].
Sigill. VII.
(Schedula adiuncta)
H B A, B 1, K. 308.*

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et prospexitatem.

Agnoscimus et in hoc fraternum Illustritatis Vestrae in nos amorem, quod cum famato Ioanne de Werden, Proconsule nostro Gedanensi, tam diligenter, ut quidem ex litteris ipsius intelleximus, de iis rebus communicaverit, de quibus eum cum ipsa agere voluimus, quodque praeterea sentenciam suam nobis perscripserit, quo potissimum modo de Marittimarum Civitatum negocio cum Serenissimo Angliae Rege eum ipsum famatum Ioannem de Verden mandato et nomine nostro agere existimet oportere. Quae quidem obeundae legationis instructio ita nobis placet, ut eam ipsam sequi illum iusserimus. Cupimus Illustritatem Vestram bene valere. Datum Vilnae, die XXVII Decembris, anno Domini MDLII, Regni vero nostri anno XXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispit, b)

a)-b) manu propria.

Schedula adiuncta:

Ea omnia, quae ad legationem Anglicanam pertinent, in manus Illustritatis Vestrae mittimus, ut, si quid adhuc addendum putaverit, certiores nos faciat. Postulamus autem ab Illustritate Vestra, ut ea omnia ad famatum Ioannem a Werden, Proconsulem Gedanensem, perferri iubeat.

Vilnae, 28.XII.1552.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de causa Georgii Ritter.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 308.*

N. 580.

Vilnae, 28.XII.1552.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Francisco Guberstein (alias Buberstein) Caunensi, ut ei bona hereditaria in Ducatu Prussiae reddantur.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VI.
H B A, B 1, K. 308.

N. 581.

Lagów, 25.I.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de negotio Ioannis IV Moschorum ducis cum Sancta Sede.

Sigill. VII.
(5 annexa: 1. exemplum litterarum regis Sigismundi Augusti ad cardinalem Bernardinum Maffei de die 15.I.1553; 2. exemplum litterarum imperatoris Caroli V ad pontificem Romanum Iulium III de die 13.IX.1551, iam ed.: Lanz, Correspondenz K. Karls V, III, p. 73; 3. instructio pro legato aliquo ad pontificem; 4. relatio de legatione Moschovitica ad pontificem de die 1.XII.1552; 5. exemplum conditionum pontificiarum Moschoviae ducis ad unionem Ecclesiae Romanae recipiendi)

H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Frater noster Charissime.

Quid conetur obtinere apud Sanctam Sedem Apostolicam Moschorum Dux, ex exemplis iis, quae Illustratati Vestrae mittimus, cognoscet. Et nos quidem non tam res ipsa (quoniam ne ea quidem negligenda) permonet, quantum auget suspitione de voluntate in nos eorum, per quos rem hanc agressus est et qui eam tanto studio promovent. Veremurque, ne domestico exemplo in nos affectent viam. Quod cum ad Illustratatem Vestram non parva ex parte pertineat, postulamus ab ea, ut suum nobis in hac re consilium impertiat, quo hisce conatibus obviam ire possimus; simul etiam, si hoc illi visum erit, cum Serenissimo Dacie Rege^{a)} et Magistro Livoniae,^{b)} quos quod quidem Moschoviam attinet, ea res attingit, communicet atque perficiat, si id recte fieri potest, ne Legatis cum regiis insigniis Moschoviam proficiscentibus per diaciones suas transitum dent. Quae omnia ita diligenter curaturam Illustratatem Vestram confidimus, ut illius in nos animum perspectum habemus.^{c)} Petimus autem, ut hoc etiam Illustritas Vestra provideat, ne ea res ad eos, ad quos opus non est, emanet. Quam bene valere cupimus. Datum in Lagow, XXV Ianuarii, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.^{b)}

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

1) Christianus III.

2) Gulielmus de Fürstenberg.

Annexum I:

Copia literarum ad Cardinalem Maphaeum.

Reverendissime in Christo Pater, Amice Charissime et Honorande.

XVIII Calendas Februarii literas Reverendissimae Paternitatis Vestræ accepimus, Roma XV Calendis Decembris datas, quibus nos Sanctissimi Domini nostri nomine certiores reddit, quid petat a Sanctitate eius Ioannes Moschovitarum Princeps, quodque Sanctitas eius nihil de toto eo negocio statuere voluerit, quam nostram de eo sententiam cognoverit. Qua in re agnoscamus Sanctissimi Domini nostri plane paternum in nos et diciones nostras animum, quae in tanta (ut videtur) christiani nominis et Sanctitatis Suae dignitatis augenda occasione rationum nostrarum potissimum curam habuerit, daturi sumus operam, ut vicissim in eius Sanctitatem nulla obsequentis filii officia praetermisssse videamur. Reverendissimæ autem Paternitati Vestræ magnas agimus gratias, quod hunc laborem nostra causa suscipere non sit gravata, petimusque ab ea, ut Sanctissimo Domino Nostro pro tam paterno in nos et ditiones nostras affectu agat quam maximas potest gratias ac Sanctitatis eius nostro nomine supplicet, ut totam hanc rem Moscovitanam paululum adhuc differat. Proficiscentibus enim nobis in Regnum nostrum ex Magno Ducatu Litvaniae, cum a nobis Consiliarii nostri abessent, literæ Reverendissimæ Paternitatis Vestræ nobis redditæ sunt; nos vero ita nostram sententiam Sanctitati eius explicare cuperemus, ut omnino intelligat non minus nos utilitati publicae christiani nominis et dignitati Sanctitatis eius ac Sanctæ Sedis Apostolicae, quam rationibus nostris et ditionum nostrarum consulere velle, quod absque Consiliariis nostris recte facere non possumus. Neque dubitamus Sanctitatem eius pro sua paterna in nos pietate haud gravatim id facturam, cum ea mora non plus nobis quam Sanctitati eius commodi adferre possit. Reverendissimæ autem Paternitati Vestræ spectatam hanc cum in his, tum in rebus aliis, in nos benevolentiam per omnem occasionem non verbis magis quam re ipsa referre conabimur atque efficiemus, ut tam propensæ in nos voluntatis fructum aliquando capiat. Quam foelicem valere cupimus. Datum in Lukow, XV Ianuarii, anno Domini MDLIII.

Annexum II:

Exemplum literarum Caesareae Maiestatis.

Carolus etc.

Beatissime Pater, Domine Excellentissime.

Anni sunt, ex quo nobis significatum est Serenissimum quandam Basilium, Magnum Ducem Russiae, Moscoviae etc., in animo habuisse cum hac Sancta Sede Apostolica convenire, eique et Ecclesiae occidentali sese coniungere ac submittere voluisse, eaque de causa Oratores suos ad Italiam destinasse, ac rursus alios, tam ad ipsum Principem, quam ab eo missos, qui de conditionibus paciscerentur. Verum sive illi conditiones tum propositæ non omnino satisfacerent, sive Oratores hinc inde missi mandata sua replicare non possent, factum tandem esse, ut negotium interruptum et a tota causa, quandiu ille vixit,^{a)} cessatum sit.

Cum autem, Beatissime Pater, intelligamus, illo ex humanis sublato, eius filium et in Regno paterno successorem, nempe Serenissimum ac Potentissimum Principem Dominum Ioannem, Magnum Ducem Russiae etc., eadem esse voluntate, qua pater illius aliquando fuit, modo illi con-

ditiones aequae proponantur et Sanctitatis Vestrae nomine certo confirmantur, sese tanquam membrum Ecclesiae occidentali, Sanctitati Vestrae et isti Sanctae Sedi Apostolicae addicere. Et ob hanc solam causam Nobilis Ioannes Stembergius, primus Principis Cancellarius, qui Sanctitati Vestrae has literas nostras redditurus est, ad eandem Sanctitatem Vestram proficisetur.

Non potuimus intermittere, quin Sanctitati Vestrae causam hanc, quae nostro quidem iudicio non modo reicienda, verum obviis manibus excipienda atque amplectenda videtur, sollicite et ex animo commendarremus. Neque id sane absque magna ratione. Quanta enim accessio Reipublicae Christianae ex amplissima illa ditione sit futura, quantum spei atque presidii ea res, tum ad conservandam, tum ad propugnandam religionem nostram et ad recuperanda amissa ea presertim loca, unde fidei ac religionis nostrae fundamenta iam inde ab inicio hausimus, habituras, nemo est qui non facile videat. Itaque Sanctitatem Vestram summopere et rogamus et obtestamur, ut causae huius magnitudinem diligenter expendere et presentem occasionem huius Sanctae Sedis Apostolicae ac religioni nostrae tam insigni membro augendae haudquaquam abicere, sed ultiro oblatam fidem et subjectionem praefati Principis non amplecti tantum, sed modis omnibus illum incitare velit, proponendo illi eas conditiones et media, quibus manifestum faciat Sanctitatem Vestram aliud nihil in toto hoc negocio spectare, nihil querere, quam Deo gloriam, fidei et religionis concordiam et unionem, et communionem ipsius Principis eiusque subditorum, ac nostram omnium animarum salutem.

Qua in re Sanctitas Vestra rem Omnipotenti Deo et Servatōri nostro Christo, qui vivens in terris promisit aliquando futurum, ut unus esset pastor et unum ovile, imprimis gratam et acceptam factura, sibi vero, per quam Christus tantam rem operari voluerit, immortalem laudem eo comparabit, et nos, qui tantam accessionem Rei Christianae nostro seculo videre votis omnibus exoptamus, summa leticia afficiet. Deus Optimus Maximus, omnis boni autor, apud quem et velle est perficere, spiritum suum Sanctitati Vestrae infundat, qui viam illi commonstret, qua hanc rem feliciter inchoare et ad optatum finem deducere valeat, et tam ad huc quam adlixi Ecclesiae suae incrementa, Sanctitatem Vestram diu servet incolumem eiusque consilia et actiones et salutem populi sui confirmet. Datum in civitate nostra imperiali Augusta Vindelica, die XIII mensis Septembris, anno Domini MDLIII, Imperii nostri XXXI et Regnum nostrorum XXXVI.

a) sequitur vel verbum aliquod expunctum vel
repetitum: vixit.

Annexum III:

Instructio.

Beatissime Pater, Domine Reverendissime.

Quamvis animo nihil dubitem Sanctitatem Vestram tam ex Sacrae Caesareae Maiestatis, quam Reverendissimi Domini Cardinalis Fanensis¹⁾ et Don Regi, Oratoris caesarei, literis, illi a me debita devotione et reverentia oblatis, satis abunde perspexisse, quam ob causam penes Sanctitatem Vestram sollicitandam huc venerim, tamen me opere precium facturum spero, si preterea Sanctitati Vestrae, quousque superioribus

annis in hoc negocio a praedecessoribus suis pie recordationis progressum et quare re inconfecta ab eo hactenus cessatum sit, explicavero vel saltim in memoriam redigero.

Ea autem res breviter se ita habet, quod quidam negotiator et civis Genuensis nomine Paulus, acceptis literis commendaticiis a Leone Papa X felicis memoriae, sese in Moscoviam exercendae mercaturae gratia contulit. Ubi cum propter commendationem Summi Pontificis a Serenissimo ac Potentissimo Principe ac Domino, Domino Basilio quondam Magno Moscovitarum Duce etc. laudabilis memoriae, honorifice exceptus aliquandiu non solum in peculiari ipsius Basilii, sed et aulicorum gratia familiariter vixerit, tandem ex illis sollicite summoque studio quesivit, qua via ac ratione condimenta et alie aromatum species ab externis Indie partibus per Euxinum (hoc enim cum in Siria, Ponto et Egipto egerat, commode fieri posse acceperat) Moscoviam usque, inde in Livoniam adeoque universam Europam sine magnis sumptibus transmitti possent.

Iam vero cum istiusmodi vestigatione rem in illam opinionem a se adductam animadverteret, quod Moscovitae ipsum magis explorandi quam negociandi gratia eo venisse suspicarentur, itaque ut erat homo versuti ac sagacis ingenii, mutato protinus consilio, cepit de mediis, quibus Moscovitarum Ecclesia cum Latina ac Sacrosancta Romana Ecclesia concordari possit, tractare. Et cum dictum Ducem Basilium ad hoc non solum primum atque proclivem, sed et percupidum haberet, adeoque acceptis ab eo literis Romam ad Summum Pontificem revertitur. Qui cum ex adlatis literis mentem et morigeram voluntatem prefati Ducis Basilii erga hanc Sanctam Sedem deprehendisset, iam nominatum Paulum cum literis apostolicis in Moscoviam remittit. Quibus Ducem Basilium, uti in hoc tam sancto proposito gnaviter pergere dignitatemque Sacrosanctae Apostolicae Ecclesiae agnoscere velit, sedulo et monet et hortatur.

Unde subsequutum, quod Serenissimus Dux Basilius non solum Maximo Pontifici rescripsit, verum etiam quendam Demetrium Erasmum, Suae Sanctitatis Oratorem, statim cum sepe nominato Paulo pro commodo expeditione huius negocii ad hanc almam Urbem distinaverit, sicuti ex literis hinc inde scriptis plenius videre licebit. Sed nescio quo malo omine ceciderit,^{a)} quod interea dum hec ita non sine magna spe future unionis agerentur, a tam pio instituto, partim ratione belli inter Ducem Basilium et Sigismundum Regem Poloniae orti, partim vero quod interea etiam Ioannes Rex Dacie etc., huius captivi Christierni pater augustae memoriae, qui nomine supradicti Ducis Basilii eandem hanc rem in Concilio Lateranensi sollicitavit, e vivis excesserit, hucusque cessatum sit.

Iam vero cum procul dubio divina aspirante clementia iterum contingat, quod mortuo Duce Basilio Serenissimus ac Potentissimus Princeps et Dominus, Dominus Ioannes, qui nunc ut heres ad summa rerum gubernacula sedet, vestigiis Basilii, progenitoris sui, religiose insistens, non minori studio atque amore sacrosanctam religionem nostram amplectatur, nec secus quam a patre factum esse constet, cum Latina Ecclesia, a qua non ita multum dissidet, convenire contendat, mihique hec ipsa res, videlicet ut Illustris Princeps una cum subditis suis in membrum Sacrosanctae Ecclesiae suscipiatur et tam a Sanctitate Vestra, quam Caesarea Maiestate, mittendis Suae Serenitati regiis insignibus pro christiano Rege cognoscatur, sollicitanda sit iniuncta. Quae si mediante divino ac (veluti futurum spero) Sanctitatis Vestrae auxilio ad

optatam metam perduceretur, ita ut preterquam quod Sacrosancta Ecclesia tam insigni membro augeretur, etiam universae Reipublicae Christianae non exigua spes recuperande terrae sanctae et illa loca, unde iam ab inicio sacrosancte religionis nostrae fundamenta accepimus, praebetur.

Quantum nunc omissis ceteris commoditatibus, hoc ipsum Sanctitati Vestrae pre omnibus aliis Pontificibus laudis allaturum sit, nemo est qui non videat. Quocirca etiam spero Sanctitatem Vestram me in hac causa, pro ingenita sua summa paternitate et passim apud omnes praedicata clementia ac bonitate, non tantum equo animo audituram, sed et exaudituram esse, ita ut res ipsa testetur Sanctitatem Vestram in hoc toto negocio nihil aliud, quam quae ad illustrandam Omnipotens Dei laudem, propagationem Sacrosanctae Ecclesiae, communem omnium salutem et officium Sanctitatis Vestrae pertinere videbuntur, quesisse ac Serenissimi Principis petitionibus, veluti piis atque aequis, neutiquam deesse voluisse. Quod si Sanctitas Vestra, quemadmodum confido, fecerit deque iis omnibus Suam Serenitatem per me et Generosum Dominum Philippum Comitem de Erberstain, Caesareae Maiestatis Dapiferum, qui hoc religionis una mecum subibit, certiores reddiderit, equidem minime dubitabo, quin hec causa, tocies licet sine aliqua causa agitata, Deo cepta feliciter secundante, suum tandem sortietur effectum. Qua quidem in re et ut hec dempta mora rite peragantur, Dominus Comes et ego nichil diligentiae, laboris aut impensae subterfugiemus. Deus Optimus Maximus, cuius est hec causa, velit Sanctitatem Vestram in hoc adeoque Sacrosanctae Ecclesiae negociis suo Sancto Spiritu regere ac illustrare eamque nobis et toti Orbi Christiano quam diutissime incolumem conservare.

a) *lectio incerta (verbum indistincte scriptum).*

1) *Petrus Bertano.*

Annexum IV:

Ioannes Moschovitarum Princeps Romam ad Sanctissimum Dominum Nostrum proxime misit, qui Sanctitati Suae propensam eius voluntatem atque observantiam erga Apostolicam Sedem significaret ageret que de conditionibus iis, quibus sese in Catholicae Ecclesiae fidem et gremium recipi cuperet. Qua item de re redditiae sunt Caesareae Maiestatis littere ad Sanctitatem Suam diligenter scriptae, quae cum magnam spem ostendunt fore, ut is facile resipiscat et Romanae Ecclesiae fidem atque autoritatem sequatur, tum etiam ad id Sanctitatem Suam vehementer hortantur.

Quare Sanctitas Sua libenter quidem totam rem amplexa est, tum evangelico adducta filii prodigi ad frugem sese recipientis exemplo, tum quia Apostolicam Sedem tam insigni membro augeri christiano nomini honestum inprimis et honorificum putat. Huc etiam accedit, quod et Maiestatis Suae rationibus et amplissimi istius Regni otio atque tranquilitati minime alienum fore videatur, si finitima provincia, quae tam late pateat quaeque non exiguis opibus et copiis affluat ad eiusdem religionis et pietatis cultum, quae res ad hominum voluntates conciliandas plurimum valere solet, adsciscatur.

Atque hec cum ita sese habeant, tamen Sanctitas Sua pro sua erga Maiestatem Suam paterna charitate proque eo, quanti Maiestatem Suam

facit semperque fecit, nihil ante constituendum censuit, quam de ea re Maiestatis Suae sententiam ac voluntatem cognoverit. Itaque mihi mandavit, ut Sanctitatis Suae nomine ad Maiestatem Suam hec perscriberem et conditionum, quae postularentur, exemplum mitterem, hortaturque, ut rogarem Maiestatem Suam, ut pro sua perpetua religione atque in hanc Sanctam Sedem observantia diligenter omnia perpendere velit et significare, quae ad id interesse iudicaverit, quod Maiestati Suae eiusque populis expediat, quod religionis christiana ac Sedis Apostolicae rationibus et dignitati conducat, quod denique cum Sanctitati Suae, tum ceteris christianis Principibus maxime gratum futurum sit atque optatum. Quam Christus Optimus Maximus diu incolumem servet. Romae, Calendas Decembres, anno MDLII.

Annexum V:

Conditiones, quibus Summus Pontifex dignabitur regiis insigniis ornare Principem Moschovitarum atque illum sub unione Romanae Ecclesiae recipere, ipse Summus Pontifex prescribet, preter quas nihil erit licitum Comiti ab Erberstein et Nobili viro Ioanni Stemberch, Nunciis Suae Sanctitatis ad praedictum Principem, agere, nisi si quae forsan erunt res eiusmodi, quae non nisi in evidentem Romanae Ecclesiae utilitatem et honorem vergi possint, et infrascriptae non videntur esse a negotio alienae.

Primum, ut Magnus Dux Ioannes a Summo Pontifice Rex appellandus teneatur mittere ad Suam Sanctitatem Legatos cum mandatis iurandi fidelitatem et obedientiam Summo Pontifici et Sanctae Romanae Ecclesiae, ac primo anno et deinde quolibet quinquennio dare Beato Petro regium fidelitatis et obedientiae munus, atque id ipsum facere teneatur quicunque Moschovitarum Rex erit in primo Regni sui anno, ac deinde, ut supra, quolibet quinquennio.

Qui Rex coronabitur a Primate Regni nomine Romani Pontificis, iurabitque Rex in manibus dicti Primitatis fidelitatem et obedientiam Sanctae Romanae Ecclesiae, et coronatus mittet suos Legatos Romam, ut supra.

Item quo cienscunque, post vaccinationem sedis Romanae Ecclesiae, alius Summus Pontifex illi prae ficietur, mittet Rex Moschovitarum, more aliorum Principum et Potentatum christianorum, suos Legatos ad Summum Pontificem ad prestandam et iurandam obedientiam et fidelitatem.

Item ut Primas Regni Moschovitici eligatur hactenus observato more, ita tamen, quod teneatur confirmari a Summo Pontifice et ab eodem pallium recipere. Eritque is confirmatus Primas et Legatus Natus Sanctae Romanae Ecclesiae in dicto Regno, qui confirmandus vel ipse presentis, vel per procuratorem legittimum, iurabit fidelitatem et obedientiam dictae Sedi Romanae. Forma autem iuramenti sit solita illa ab omnibus observari.

Dabunt omnem operam cum Rex, tum Primas, ut Moschovitana Ecclesia, quanto citius et tranquilius fieri poterit, conveniat cum Romana Ecclesia, matre omnium totius orbis terrarum Ecclesiarum.

E re autem totius Reipublicae Christianae fuerit, si Summus Pon-

tifex suam authoritatem interponat, ut firma perpetuaque pax sit et stabiliatur inter Regnum^{a)} Poloniae, Moschovitarum Principem et milites Livoniae, ut ipsi firma certaque pace fruentes expeditius in Tartaros et Turcas arma vertere possint.

Exstat aliud quoque exemplar annxi V cum exiguis variantibus. Joseph FIEDLER, Ein Versuch der Vereinigung der russischen mit der römischen Kirche im sechzehnten Jahrhundert, Wien 1862, adducit multo ampliorem versionem originalem Annxi V, in Archivo Viennensi conservatam, p. 67.

a) *in alio exemplari*: Regem.

N. 582.

Łomża, 25.I.1553.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de laboribus silvestribus successorum Alberti Russau.
(m.p. reginae subscriptum)
Vest. sigilli X.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 583.

Cracoviae, 12.II.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
in causa Georgii Ritter commissarios delegasse se nuntiat: Stanislaum
Hosium, Stanislaum Kostka, Ioannem Działyński, Raphaelem Konopacki,
Bartholomeum Groff, Bonaventuram Thenck, Valentimum Paul.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
Adest schedula.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 584.

Łomża, 17.II.1553.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro civibus Varsaviensibus, Anna Harnisova et Victorino Eichel, ut eis
merces retentae restituantur.
(m.p. reginae subscriptum)
Vest. sigilli X.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 585.

Cracoviae, 6.III.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de negotio sororis ducis Megapolensis [Ioannis Alberti]
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. IX.
H B A, B 1, K. 309.

N. 586.

Cracoviae, 8.III.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
gratias agit pro litteris regis Francorum [Henrici II] quas dux ei miserat.
Vest. sigilli VIII.
H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Quod Illustritas Vestra litteras Regis Francorum, cum legatus illius in adversam incidisset valetudinem, ad nos miserit, habemus illi gratias. Facile enim intelligimus, quemadmodum in ceteris rebus, ita in hac quoque, suum erga nos et Rempublicam nostram studium declarare cupivisset. Quod restat, Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum Cracoviae, VIII Martii, anno Domini MDLIII, Regni nostri anno XXIIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscriptis. ^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 587.

Cracoviae, 14.III.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de causa Georgii Ritter.
(Ex Commissione Regiae Maiestatis propria Joannes Oczieski Regni Poloniae Cancellarius subscriptis)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.

N. 588.

Cracoviae, 18.III.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de negotio mediationis ducis inter principes Germaniae et regem Daniae
[Christianum III]
Vest. sigilli VIII.
H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.
Etsi multis argumentis antea perspeximus Illustritatis Vestrae erga nos et Rempublicam nostram propensum animum, tamen hoc etiam non postremum ducimus, quod in eo nobis mentem suam declarat, quo dignitatem nostram commodumque cum nostra, tum tocius Christianae Reipublicae, augeri posse existimat. Sicuti nos eciam intelligimus eiusmodi conatus et labores, si prospere foeliciterque evenirent, magno et nobis ornamento et Regno nostro atque toti Christianitati emolumento esse futuros. Verum cum nobiscum reputamus, quam sint inter hos christiani nominis Principes irritati et exacerbati animi, quantus ad bellum apparatus, quam difficilis reconciliandae gratiae et pacis constituendae ratio, sicuti partim ipsi scimus, partim ex litteris, quae nobis a gravissimis hominibus isthinc afferuntur, cognoscimus, magis vereamur necesse est, ne repulsam in ea re patiamur, quam speremus id nos, quod aggredemur, consequi posse.

Porro, quemadmodum Illustritas Vestra intelligit, cum nos ducem ad compositionem faciendam preeberemus, minus e dignitate nostra fore, si studium conatus noster parum ponderis haberet, ita facile animadvertiset non temere nobis in eo periculum esse faciendum, in quo certius frustrationis quaedam indignitas, quam suscepti laboris optatus eventus sit expectandus. Verumtamen illud nobis probatur, quod Imperii Status et Daciae Regem speret Illustritas Vestra in eo negocio operam suam interposituros. Nos enim, si nobis via quaepiam et aditus patefieret, nihil defugeremus, quo non modo dignitati nostra, sed eciam Regni, ad cuius gubernacula sedemus, et totius Reipublicae Christianae utilitati servire nos posse arbitraremur. De reliquo Illustratatem Vestram optima frui valetudine cupimus. Datum Cracoviae, XVIII Marcii, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 589.

Varsaviae, 24.III.1553.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de Ioanne Secluciano, concionatore a duce commendato.

Sigill. X.
H B A, B 1, K. 309.

Bona etc.
Illustrissime Princeps et Domine, Amice et Affinis noster Charissime et Honorande.

Datae sunt nobis litterae hisce diebus ab Illustritate Vestra, quibus nobis concionatorem suum Ioannem Seclucianum commendavit. Is si fuisse apud nos, quemadmodum Illustritas Vestra innuit ipsis idem litteris suis, exhibuissemus illi libenter, tanquam et ab eadem Illustritate Vestra commendato, et quemadmodum personae tali conveniret, gratiam

et benevolentiam nostram. Quamvis autem non fuerit apud nos solus, fecimus tamen ei tantum gratiae absenti, quantum debuimus. Eundem vero recommendamus Illustrati Vestrae. Quam diu valere ac fortunatam per omnia esse cupimus ex animo. Warsowia, XXIIII Martii, 1553.

a) Bona Regina subscrispsit. b)

a)-b) *manu propria*.

N. 590.

Cracoviae, 27.III.1553

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de administranda iustitia in causa Christophori Roch de Gobloncken et
heredum Nicolai Mikula, fratrum Iacobi et Bernardi de Ochoden.
Sigill. VIII.
(Annexum: supplica fratrum de Ochoden ad ducem)
H B A, B 1, K. 309.

N. 591.

Cracoviae, 29.III.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Ioanne Reithein a Kintnau, subdito ducis et satellite regis.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.

N. 592.

Cracoviae, 10.IV.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ad nuptias suas cum Catharina, filia Romanorum regis [Ferdinandi], ducem una cum uxore invitat.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Sororine noster Charissime.
Pro nostra erga Illustritatem Vestram benevolentia et animi propen-

sione significandum esse illi duximus factos esse nos hisce diebus, praeter opinionem, fere certiores de ineundo matrimonio cum Illustrissima [Du]cissa^{a)} Mantuae, Serenissimi Romanorum Regis filia. Quae res cum nobis divina [cleme]ntia coepta esse videatur, et omnium Senatorum Regni nostri, qui nobis adsunt, sententiis et assensu comprobetur, nos quoque divinae voluntati mentem nostram subiecimus, mittimusque Reverendissimum Regni Vicecancellarium¹⁾ ad ea, quae sunt inchoata, terminanda et confirmando.

Porro Illustritatem Vestram una cum Illustri eius coniuge ad secundam diem Iulii, quae dies est nuptiis constituta, invitamus rogamusque, ut praesentia sua solennitatem hanc nuptiarum nostrarum honestare velit. De reliquo Illustritatem Vestram incolumem videre cupimus. Datum Cracoviae, X die Aprilis, anno Domini MDLIII, Regni vero nostri XXIIII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{c)}

a) *foramen in charta.*

b)-c) *manu propria.*

1) *Ioannes Przerębski.*

N. 593.

Cracoviae, 11.IV.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de negotio sororis ducis Megapolensis [Ioannis Alberti] de deliberatione
sua filiae regis Romanorum [Ferdinandi I] in uxorem ducendae.*

Sigill. IX.

H B A, B 1, K. 309.

Illustris Princeps, Domine, Consanguinee noster Charissime, salutem nostrique fraternalm commendationem.

Cum iam in ipso Conventus nostri fine Consiliariis Regni nostri de eo negocio, quoad Illustris Domini Ducis Mekielburgensis sororem attinet, proponere eorumque consilia perquirere debebamus, a Palatino Vilnensi,¹⁾ qui non longo ante tempore ad Serenissimum Romanorum Regem in negocio Moscovitico nuncius a nobis est ablegatus, nobis quaedam in negocio matrimonii nostri scripta sunt, ita ut iam omnino Serenissimi Domini Romanorum Regis filiam, quod Dominus Deus secundet, in uxoremducere deliberaverimus, quandoquidem recordamur, quod Vestra quoque Illustritas hoc ipsum nobis diligenter suadebat, cum ante annum Vilne apud nos esset. Vestrae itaque Illustritati ea universa primo quoque tempore significanda esse voluimus. Quam diu sanam et foelicem esse optamus eique nos fraterne commendamus. Datum Cracoviae, XI Aprilis, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) *Nicolaus Radziwill.*

N. 594.

Cracoviae, 23.IV.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae commendatitiae pro Andrea Muncero, ducis secretario, ad eum
dem redeunte.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 595.

Varsaviae, 6.V.1553.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de filio duci nato congratulatur, ad baptismum cohonestandum cubicula-
rium suum mittit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 596.

Cracoviae, 11.V.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
se cuidam occisori, Sperlink nomine, qui inermem socium occisit, cri-
men condonare non posse.
(Joannes Oczieski Regni Cancellarius subscrispsit)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 597.

Cracoviae, 13.V.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de teloneis.*

*Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.*

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.
Expositum est nobis cum antea saepius, tum nunc etiam, per Nobi-*

lem Ioannem Brzeski, Praefectum thelonie nostri finitimi Czlechonoviensis, quod plerique transgrediantur thelonium nostrum et in ditiones Illustritatis Vestrae se recipient, ut ita ad solutionem cogi et retrahi non possint. Quam ob rem ab Illustritate Vestra postulamus, dare illi tales literas velit, ut posthac si qui thelonium illud nostrum transgressi et in ditionibus Illustritatis Vestrae vel ab ipso Nobili Ioanne Brzeski, vel ab eius famulis, Cameris praesidentibus, deprehensi fuerint, de iis iussu Illustritatis Vestrae illi ubique iusticia administretur. Quod Illustratatem Vestram facturam esse pro observantia erga nos sua non dubitamus. Et eam bene valere cupimus. Datum Cracoviae, XIII die Maii, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria
a) Ioannes Oczieski Regni Poloniae Cancellarius.^{b)}

a)-b) *manu propria* Ioannis Ocieski.

N. 598.

Cracoviae, 13.V.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de sibi nuntiata nativitate filii gratias agit et gaudet.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.
Illustritatis Vestrae sincera erga nos animi propensio sicuti antea nobis est cognita, ita etiam nunc sese declaravit, cum Illustritas Vestra gaudii et laeticiae suae, qua ex nato sibi filio est affecta, nos participes esse voluit. Nobis quidem hoc nuncium magnae fuit voluptati. Natus est enim Illustrati Vestrae filius, nobis vero consanguineus, subditis vero Illustritatis Vestrae Dominus, eos et intestinorum dissidorum ac distractionis metu, si prole non fuisset aucta Illustritas Vestra, et externorum de se contendacionum sollicitudine liberaturus. Precamur autem Deum Optimum Maximum, ut hoc nostrum et Illustritatis Vestrae gaudium diuturnum esse velit et filium Illustritatis Vestrae ad amplissimam spem servet incolumem. Quam incolumem videre optamus. Datum Cracoviae, XIII Maii, anno Domini MDLIII, Regni vero nostri anno XXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

Schedula adiuncta:

Assumat secum Illustritas Vestra quae ad ludos et spectandi iucunditatem pertinere existimat. Nam Illustratatem Vestram pro illius summo in his rebus usu et apparatu non modo socium, sed etiam quasi formatorem habebimus.

a)-b) *manu propria*.

N. 599.

Varsaviae, 22.V.1553.

Bona regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

per cubicularium redeuntem ducem salutat; de filio duci nato gaudet.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

Cum schedula adjuncta, in qua significat post ducis Cracovia redditum
nuntium se ad eum missuram.

H B A, B 1, K. 309.

N. 600.

Cracoviae, 8.VI.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de nuptiis ob adversam regis valetudinem dilatis.

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

Sicuti magna voluptate afficiebamur, quod iam Illustritatem Vestram cum apparatu, et ad honorem nostrum et ad ludos accommodato, iter ingressam esse audiebamus tanto studio et alacritate, ut neque molestiam itineris perferre, neque uxorem sibi charissimam praesertim non satis firmam relinquere grave sibi esse duxerit, ita vicissim dolemus eiusmodi necessitatem incidisse, ut tempus hoc nuptiarum nostrarum, ad quas honestandas Illustritas Vestra proficiscebatur, longius prorogetur. Cum enim iam ante aliquanto permisso divino in adversam valetudinem inciderimus, tantum abest, ut nobis levari morbum sentiamus, ut etiam indies invalescere propemodum videamus. Et ita viribus exhausti sumus, ut etiamsi hodie benignitate divina aegritudine hac liberaremur, tamen eas ante nuptiis designatum tempus recuperare neutiquam possemus.

Necessitate igitur postulante, tempus nuptiarum distulimus. Et quoniam cras paroxismum habituri sumus, ex quo primum medici coniectaram faciant, quam cito liberi a febri simus futuri, propterea certum diem statuere non potuimus, ad quem nuptias differemus. Verum ut erit valetudinis nostrae ratio, ita etiam Illustritatem Vestram de die sine mora certiore facere non negligemus. Interim vero eam etiam atque etiam rogamus, ut moram hanc valetudini nostrae condonet atque molestiam revocandi itineris patienter ferat. Quod nos non ideo ad Illustritatem Vestram scribimus, quod nobis adventus illius non esset exoptatissimus, sed quod veremur, ne cum venerit Illustritas Vestra, moram, quam facilis cum coniuge et liberis perferret, hic, nobis praesertim aegris, non sine taedio sustinere posset. De reliquo Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum Cracoviae, VIII die Iunii, anno Domini MDLIII, Regni vero nostri anno XXIIII.

a) Ioannes Oczieski Cancellarius subscripsit. b)

a)-b) manu propria Ioannis Ocieski.

N. 601.

Cracoviae, 10.VI.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de tempore nuptiarum ad diem 16 Iulii prorogato.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Scripsimus ante Illustrati Vestrae, quemadmodum valetudinis nostrae ratio esset, ita nos quoque de tempore prorogandarum nuptiarum nostrarum Illustrati Vestrae significaturos. Cum itaque Dei Optimus Maximus benignitate confidamus fore, ut cito pristinam valetudinem ac vires recuperemus, duabus hebdomadis tantum, ad diem videlicet sedecimam Iulii tempus nuptiarum distulimus. Rogamus autem, ne Illustrati Vestrae mora haec molesta sit, et ut ad tempus commemoratum profectionem suam instituat. Quam bene valere optamus. Datum Cracoviae, X Iunii, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.

Ex commisso Sacrae Regiae Maiestatis proprio.

N. 602.

Cracoviae, 22.VI.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
valetudinis non melioris causa nuptias ad 30 Iulii prorogatas esse nuntiat.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consanguineo noster Charissime.

Ea est valetudinis nostrae ratio, ut non modo votis nostris non respondeat, sed etiam nihilo sit propemodum quam ante melior. Et cum corpus, tum etiam vires nostrae aegritudine non mediocriter attenuantur. Quam ob rem necessario faciendum fuit, ut nuptiarum tempus longius, quam ante, ad trigesimum videlicet diem mensis Iulii prorogaremus, Dei Optimus Maximus clementia confisi nos interea temporis pristinam corporis firmitatem recuperaturos esse. Quod ipsum Illustrati Vestrae significandum duximus, ne forte itineris molestiam ante tempus etiam frustra susciperet. Quam bene valere cupimus. Datum Cracoviae, XXII Iunii, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.

Ex commissione Sacrae Maiestatis Regiae propria.

N. 603.

Cracoviae, 2.IX.1553.*)

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
permittere se non posse, ut copiae ex Regno suo hoc tempore ad Albertum Brandenburgensem iuniorem conducantur.

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

Scripsit nobis Illustritas Vestra Illustrem Dominum Albertum Iuniorum Marchionem Brandenburgensem, patrualem suum, consobrinum nostrum, ab illa per literas petuisse, ut ad augendas illius equestres copias, proelio nuper commisso imminutas, duo millia levis armaturae equitum ex Regno nostro aere suo conduceret, Illustritatem itaque Vestram rogarer, ut in eo nostro permissu eius Illustritati gratificari possit. Atqui cum sciat Illustritas Vestra, quantopere civilibus istis bellis concussa labefactataque sit Germania, unde non modo illi, sed etiam toti Reipublicae Christianae metuendum sit extrellum periculum, non dubitamus, quin ipsa quoque et eius vicem doleat, et ut tandem tumultus isti bellici et calamitatis, tam publicae quam privatae, conquiescant, optet ex animo. Nos profecto non modo optamus, sed etiam studium operamque nostram, quoad fieri potest, publici commodi causa interponendam nobis esse ducimus, ut aliquando incendium hoc extinguatur. Porro quam sit nobis integrum copias in praesentia ex Regno nostro dimittere, Illustritatis Vestrae iudicio relinquimus, cum undique nobis hostes immovere et a nemine, quantumvis blandiatur, quicquam certi sperandum esse non ignoret. De reliquo Illustritatis Vestrae benevolentiae nos commendamus. Datum Cracoviae, proxima die Septembbris, anno Domini MDLIII, Regni vero nostri XXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

*^a) probabilitate: proxima die [post primam]

N. 604.

Varsaviae, 18.IX.1553.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
per cubicularium ducem salutat; quid cubicularius ducis ex Germania
in negotio matrimoniorum filiarum suarum attulerit, scire desiderat.
(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K. 309.

N. 605.

Cracoviae, 21.IX.1553.

Catharina regina Poloniae
Maximiliano Bohemorum regi electo
Nicolaum Tarlo, iuvenem, in Italiam studiorum causa profecturum, com-
mendat.
(m.p. reginae subscriptum)
Vest. sigilli XIII.
H B A, B 1, K. 309.

N. 606.

Cracoviae, 21.IX.1553.

Catharina regina Poloniae
Ferdinando de Gonzaga, Ducatus Mediolanensis gubernatori,
Nicolaum Tarlo commendat.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K. 309.

N. 607.

Cracoviae, 22.IX.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
litterae salvi conductus pro Nicolao Tarlo de Szczekarzewice, vexillifero
Sandomiriensi.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis Principibus, tam ecclesiasticis quam seculari-
bus, Dominis Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Baronii-
bus, Comitibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Equitibus, Nobilibus,
civitatum, oppidorum ac quarumcunque communitatum et locorum Rec-
toribus, Burgrabiis, Iudicibus, Magistris civium, Tricesimotoribus, telo-
neorum quorumvis gabellarumque Exactoribus, pontiumque et passuum
Custodibus, ac alterius cuiusvis status, conditionis et praeminentiae
hominibus, ubi vis locorum constitutis, qui praesentibus fuerint requisiti,
sincere fidelibus grataeque nobis dilectis, amicis et benevolis nostris, sa-
lutem et omne bonum, subditis vero nostris gratiam regiam.

Reverendissimi ac Reverendi in Christo Patres, Domini ac Illustres,
Spectabiles, Magnifici, Generosi, Nobiles et Famati, sincere Fideles gra-
teque nobis dilecti.

Proficiscitur in Italiam praesentium exhibitor, Generosus Nicolaus

Tharlo de Szczekarzowicze, Vexillifer Sandomiriensis, subditus noster, ut illic bonis moribus artibusque animum expoliat, honesteque et liberaliter instructus ac bonis disciplinis studiisque literarum auctus, dignior et utilior posthac ad nos Remque Publicam nostram revertatur. Quod ipsius honestum institutum promovere volentes, ipsum Dominationibus Vestris, una cum eius comitiva rebusque eius omnibus, quas secum habuerit, commendamus, postulantes ab ipsis, subditis vero nostris serio mandantes, ut ipsum per loca, ditionibus earum subiecta, proficiscentem libere ire, et sicubi opus habuerit, subsistere, commorari et tuto ubique versari permittant, nihilque ab eo comitivaque et rebus ipsius nomine telonei aut alterius cuiusquam exactionis percipient ac de seguro et tranquillo transitu provideant, nullisque iniuriis realibus vel personalibus illum affici paciantur. Rem nobis gratissimam et societati humanae iurique gentium consentaneam Dominationes Vestrae facturae. Quibus nos vi-cissim in eiusmodi rebus par studium, subditis vero earum benevolentiam nostram per occasionem probaturi sumus. Subditis vero nostris, ne aliter pro gratia nostra faciant, stricte praecipimus. Harum, quibus sigillum nostrum est subappressum, testimonio literarum. Datum Cracoviae, die XXII Septembris, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.

a) Ioannes Oczieski Regni Poloniae Cancellarius subscriptus.
Relatio Magnifici Ioannis de Oczieschino, Regni Poloniae Cancellarii, Succamerarii et Burgrabii Cracoviensis Sandecensisque ac Olschtinensis Capitanei.

a)-b) *manu propria Ioannis Ocieski.*

N. 608.

Cracoviae, 22.IX.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de litterarum ducis arguento cum matre se collaturum esse nuntiat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K. 309.

N. 609.

Chęciny, 26.IX.1553.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro vino sibi misso gratias agit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. VII (sic).
H B A, B 1, K. 309.

N. 610.

Varsaviae, 4.X.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

gratias agit pro cura in negotiis regis; de mediatione [Gulielmi Brandenburgensis] archiepiscopi Rigenesis ad componendas controversias inter Livoniam, terras Prussiae et Magnum Ducatum Lithuaniae.

Sigill. IX.

H B A, B 1, K. 309.

Illustris Princeps, Domine, Consanguinee noster Charissime, salutem plurimam nostrique firmam commendationem.

Quae nobis Vestra Illustritas scripsit probe intelleximus, quodque illi haec negocia nostra tantae curae sint, agimus Illustritati Vestrae gratias, semper id grato et benignissimo animo recolere nos offerentes. Ceterum ut Dominus Archiepiscopus Rigenesis, Illustritatis Vestrae frater, mediatorem sese interponat, ad componendas controversias inter Livoniam, terras Prussiae et Magnum Ducatum nostrum Lithuaniae, quomodocumque exortas, facile eo consentimus. Speramus enim ex eiusmodi amicabili harum controversiarum compositione tanto commodius pacta de societate subditorum et id genus cum dominiis nostris ineunda constitui ac deinde validius constabiliri posse. Ceterum nolit quoque Illustritas Vestra oblivisci feudi, quoad Livoniam attinet, in persona Domini Archiepiscopi Rigenesis constituendi. Quae quidem universa, dum in Prussia essemus, cum Vestra Illustritate copiosius coram inter nos adinvicem contulimus. Haec omnia Vestrae Illustritatis sapienti iudicio et singulari eius erga nos amori committentes, optamus Vestram Illustritatem diu beneque sanam valere. Cui nos fraterne commendamus. Datum Varschovie, quarta Octobris, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptisit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 611.

Cnissini, 20.X.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro turdis gratias agit.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K. 309.

N. 612.

Cnissini, 20.X.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de competentia iudicii in causa Ioannis a Pelchen et Iacobi Wilk.
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.*

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrini Charissime, salutem et prosperitatem.
Conqueritur nobis famatus Ioannes a Pelchen, civis Gedanensis, mag-
nam sibi a quodam Iacobo Wilk, ex ditione Illustritatis Vestrae homine,
iniuriam fieri, evocari enim se in alieni fori iudicium et rem actam
agere cogi. Etsi autem id Illustritas Vestra nobis etiam tacentibus non
videatur detimento civis nostri fieri permissura, existimavimus tamen
Illustritatem Vestram eius rei admonendam, ne in potestatis nostrae
homines ullam sibi iudices suos potestatem usurpare pateretur, neve
quam homini nostro a suis hoc aliove genere iniuriam fieri permitteret.
Cupimus Illustritatem Vestram bene valere diutissime. Datum Knissini,
XX Octobris, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.*

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrisit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 613.

Cnissini, 21.X.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Iacobo Czaplicki, ut ei iustitia administretur.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
(Annexum: Exempl. supplicae Iacobi Czaplicki ad ducem.)
H B A, B 1, K. 309.*

N. 614.

Varsaviae, 23.X.1553.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro avibus sibi missis gratias agit; duci vicissim vas unum (polonice
« koniakówka ») dono mittit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 615.

Cnissini, 25.X.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
postulat, ut equi cum curru, quos Boleslaus baro ab Eulenburg, capi-
taneus Bartensteinensis, cuidam colono abstulit, eidem restituantur.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
(cum annexo de eadem causa)
H B A, B 1, K. 309.

N. 616.

Cnissini, 27.X.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ut Ioannis Sambor causa in iudicio Regiomontano contra occisores fra-
tris eius acceleretur.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.

N. 617.

Cnissini, 31.X.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Matthaeo et Ioanne de Grodi, ut eis iustitia in causa hereditatis
paternae administretur.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.

N. 618.

Cnissini, 4.XI.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Stanislae et Paulo Grzymała Rakowski (in ms. plur. Rakowsczi) con-
tra iniurias ipsis a praefecto Pysiensi illatas.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.

Cnissini, 8.XI.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de rebus Lithuaniae duci se responsorum, auditis consiliariis Magni Du-
catus Lithuaniae.
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem.

*Quae ad nos Illustritas Vestra de rebus Lithuaniae scripsit, ad ea
ipsi nisi consultis Ducatus Lithuaniae Consiliariis respondere non possu-
mus, atque ii quidem ad nos nondum convenerunt; quum autem vene-
rint, re cum eis communicata, Illustritati Vestrae per litteras responsuri
sumus. Quae cupimus, ut quam diutissime optime valeat. Datum Knis-
sinii, die VIII Novembris, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.*

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.* ^{b)}

^{a)-b)} *manu propria.*

Cnissini, 11.XI.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
in causa advocati abbatis Olivensis, qui quosdam nobiles Danicos inter-
fecisse accusatur, Achatium Czema aliosque commissarios se nomi-
nasse nuntiat.
Sigill. VII.
(Cum schedula adiuncta)
H B A, B 1, K. 309.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine Charissime.

*Intelleximus detineri in vinculis Regiomonti Venerabilis Abbatis Oli-
vensis Advocatum, qui homines quosdam nobiles nationis Danicae, cum
nonnullis facinoris administris, interfecisse accusatur. Cuius facinoris
cognitionem et iudicium quum Magnifico Achatio Czema Palatino Marie-
burgensi aliisque aliquot commissariis nostris commiserimus, qui non
iudicandi tantum modo, sed etiam secundum demeritum facinorosos pu-
niendi partes a nobis datas habent, postulamus ab Illustritate Vestra, ut
eum ipsum, quem adhuc carcere derimendum curaverit, commissariis
nostris tradat tradive iubeat. Rem nobis gratam et iusticiae consentia-
neam factura. Cupimus autem Illustritatem Vestram bene valere. Datum
Knissinii, die XI Novembris, anno Domini MDLIII, Regni nostri XXIIII.*

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.* ^{b)}

^{a)-b)} *manu propria.*

Schedula adiuncta:

Captivum istum, de quo scribimus, percuperemus ad diem XXII Ianuarii proximam tempore antemeridiano apud commissarios nostros, ad istam Danorum et Abbatis Olivensis de caede controversiam designatos, Gedani, ubi erunt congregati, sisti et eorum potestati tradi; interea vero ne profugiat provideri. Datum ut in litteris, in quas haec schedula includitur.

a)-b) *manu propria.*

N. 621.

Cnissini, 21.XI.1553.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

archiepiscopum Rigensem in mediatorem in negotio Livoniae diligere non abnuit; rogat, ut dux cuiusdam negotii successu temporis meminisse non praetermittat; de controversia exorta inter Lithuanos et quosdam Livonienses; de controversia Danorum et abbatis Olivensis.

Sigill. IX.

Cum schedula.

H B A, B 1, K. 309.

Illustris Princeps, Domine, Consanguinee noster Charissime, salutem plurimam nostrique fraternalm commendationem.

Libenter hoc fecimus, quod Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem,¹⁾ fratrem Illustritatis Vestrae, in arbitriatum mediato-rem in negocio cum Livoniensibus compонendo diligere non abnuamus.

Quod autem prioribus litteris nostris et alterius negotii, de quo coram conferebamus, mentionem fecerimus. Quare etsi et nos identidem sentiamus non huius adhuc temporis hoc negotium esse, tamen et huius rei Vestram Illustritatem admonendam esse putavimus, ut successu temporis istius negotii meminisse non praetermittat.

Quae vero nobis Vestra Illustritas in fine litterarum scripsit, exortam esse nunc ibi magnam controversiam inter Lithuanos subditos nostros et inter quosdam Livonienses, utrinque privatos homines, quare cum hoc antea numquam ad nostram noticiam esset deuentum, scripsimus Domino Palatino Vilensi,²⁾ ut omni privato ulciscendi affectu semoto haec res tota ad iuris cognitionem reiciatur, nunc autem ab illa ut omnino supersedeatur. Cupimus Vestram Illustritatem diu bene valere. Cui nos fraterne commendamus. Datum in Knissin, XXI Novembris, anno Domini 1553, Regni nostri XXIV.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

2) *Nicolaus Radziwill.*

N. 622.

Cnissini, 29.XI.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Achatio Czema.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 623.

Cnissini, 30.XI.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
Henricum Dunin et fratres eius per Achatium Czema commendat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 624.

Cnissini, 30.XI.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
se non posse Ioanni Kolderlein potestatem instituendae officinae phar-
macopolicae Gedani permittere, solis tantum Gedanensibus hoc pri-
vilegio utentibus.
(m.p. regis subscriptum)
Vest. sigilli VII.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 625.

Varsaviae, 15.XII.1553.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
se commendationi ducis pro certis subditis suis interpositae satisfacere
non posse nuntiat.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 626.

Cnissini, 20.XII.1553.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
in re Elisabethae marchionissae Brandenburgensis libenter se duci gra-
tificatum esse nuntiat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 627.

Varsaviae, 28.XII.1553.

*Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de valetudine et de anno novo congratulatur; quid novi ex Germania
servitores ducis de matrimonii filiarum attulerint, cognoscere cupit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K. 309.*

N. 628.

s.l., s.d.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Iacobo Rex
de bonis Collen et Boyan Ioanni a Werden tradendis et assignandis.
(Exemplar)
H B A, B 1, K. 310.*

N. 629.

s.l., s.d.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis teloneorum praefectis etc.
litterae telonei pro comite Boppone Hennebergensi ad trecentos boves
ex Polonia in Germaniam educendos.
(Exemplar. Adest aliud exemplar)
H B A, B 1, K. 310.*

*Sigismundus Augustus etc.
Universis et singulis teloneorum nostrorum in Regno et dominiis
nostris Praefectis eorumque Notariis in cameris et locis quibuscumque*

constitutis, pontium et passuum Custodibus illorumque locum tenentibus, sincere et fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam.

Sincere et fideles dilecti.

Ad intercessionem Illustris Principis Domini Alberti Senioris Mar-chionis Brandenburgensis, in Prussia etc. Ducis, consobrini nostri char-issimi, ex gratia nostra concessimus potestatemque fecimus Illustri Principi Domino Bopponi Comiti Hennebergensi, ut pro suo suorumque usu et commodo trecentos boves in Regno et dominiis nostris, ubicumque emptos vel emendos per mandatarios suos extra fines Regni nostri, quando ei visum fuerit,^{a)} libere et citra omnem vectigalium aut thelo-neorum solutionem educere atque in Germaniam depellere possit. Mandamus itaque Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris, ut eos ippos supra-scriptos boves praefato Domino Bopponi eiusve mandatariis, praesertim literarum nostrarum exhibitoribus, libere sine quovis impedimento et theloniae exactione e Regno et dominiis nostris in Germaniam agere per-mittant permittique a suis current. De quibus hisce literis nostris Sinceri-tates et Fidelitates Vestras praesentibus quietamus et libere facimus easque in ratione ab illis suscepturi sumus. In cuius rei testimonium manu nostra subscrisimus sigillumque nostrum apprimi iussimus. Da-tae etc.

In dorso alia manu: Litterae theloniae.

Manu recentiori: Zollbrief für Graf Poppo von Henneberg zur Aus-führung von 300 Stück Ochsen aus Polen.

a) *hic in alio exemplari in margine alia manu:*
vel hoc praesenti vel futuro anno.

N. 630.

Grodnae, 18.I.[1554].

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae curiales.
(Germanice)
Sigill. XIII.
HBA, B 1, K.310.

N. 631.

Varsaviae, 25.V.1554.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de prospectato matrimonio filiae suaे Sophiae sententiam regis Scotiae¹⁾
scire vult.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
HBA, B 1, K.310.

1) sic in ms. recte: Suetiae (Gustavi I).

Ferdinandus I rex Romanorum

Catharinae reginae Poloniae

in negotio Elisabethae marchionissae Brandenburgensis, viduae, a regina Catharina sibi commendatae, respondet dictam marchionissam directe ad imperatorem [Carolum V] se referre debere.

Sigill. imp.

(Hoc scriptum probabiliter inclusum erat litteris reginae Catharinae ad ducem Albertum, quae nunc in Archivo non reperiuntur)

H B A, B 1, K.310.

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., Marchio Moraviae etc., Comes Tyrolis etc., Serenissimae Principi Dominae Catharinae Reginae Poloniae, Magnae Ducissae Lithuaniae ac Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc. Dominae et Haeredi, ac filiae nostrae charissimae, salutem ac paterni amoris omnisque felicitatis continuum incrementum.

Serenissima Princeps, Filia nostra Charissima.

Redditae fuerunt nobis litterae Dilectionis Vestrae, Berestiae ultima Aprilis datae. In quibus Dilectio Vestra nobis scripsit Illustrum Elizabettham Marchionissam Brandenburgensem et Comitissam Hennebergensem, viduam, accepto responso nostro, quod superiore mense Ianuario Serenissimo Regi Poloniae, filio et consanguineo nostro charissimo, et Dilectioni Vestrae, pro ipsa apud nos intercedentibus, dederamus, tractasse quidem cum Illustribus Henrico et Erico Ducibus Brunsvicensibus medio Illustrium Marchionum Brandenburgensium Ioachimi, Sacri Romani Imperii Archicamerarii et Electoris, ac Ioannis, eius fratris, de restitutione bonorum sibi ademptorum et concedendis sibi litteris securitatis seu salvi conductus, quarum vigore in Sacro Romano Imperio, ubi et quo vellet, commare posset. Sed praedictos Duces utrumque in nos reieceris, affirmantes neutrum, quod peteretur ab ipsis, sine consensu nostro praestari posse. Ideoque Dilectionem Vestram inductam precibus praefatae viduae aliter facere nequivisse, quin denuo pro eius Dilectione apud nos intercederet et rogaret, ut Dilectionis eius postulatis, in dictis literis Dilectionis Vestrae commemoratis, benigne annuere adeoque iam tandem huic negotio supremam (quod aiunt) manum imponere dignaremur. Nos itaque Dilectioni Vestrae possumus affirmare, quod nobis non succurrat nec constet Duces istos Brunsvicenses aliquid eiusmodi nobis proposuisse, nedum nos a Dilectionibus ipsorum postulasse, ne quid praefatae Illustri viduae sine scitu aut permissu nostro restituant, imo nec literas salvi conductus seu publicae fidei concedant, quarum vigore negotia sua tuto et sine impedimento gerere posset. Sin autem de hiis aliquid a dictis Ducibus ad nos scriptum vel nunciatum est, id aut fuit interceptum, seu in itinere deperditum, aut alio aliquo casu ad nos non perlatum.

Caeterum quandoquidem iam tum antea, quando Serenissimus Rex Poloniae, filius et consanguineus noster charissimus, una cum Dilectione Vestra, nobis hoc negotium commendavit, ad praelibatam Caesaream Maiestatem perdiligenter scripsimus, nunc convenit, ut ipsa Illustris Marchionissa Elizabetha apud Dilectionem et Maiestatem eius, quae supremum est caput totius Sacri Romani Imperii, cui nos non convenit quidpiam in gubernio et administratione praeripere, rem istam requirat,

siquidem Dilectio et Maiestas eius procul dubio Dilectioni illius iustum auxilium et remedium non denegabit. Id quod Dilectioni Vestrae ad litteras suas paterne respondendum duximus. Cui prosperam valetudinem et omnem felicitatem paterno animo obvenire exoptamus. Datum in civitate nostra Vienna, die decima mensis Iunii, anno Domini MDLIII, Regnorum nostrorum Romani XXIIII, aliorum vero XXVIII.

I. Jonas D.
Vicecancellarius

Ferdinandus.
M. Singkhmoser subscriptus.

N. 632.

Varsaviae, 13.VII.1554.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
rogat, ut regis Suetiae [Gustavi I] animum in negotio matrimonii filiarum suarum perconteatur.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K.310.

N. 633.

Varsaviae, 29.VIII.1554.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro notitiis de regis Suetiae [Gustavi I] sententia in negotio matrimonii filiarum suarum gratias agit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K.310.

N. 634.

Vilnae, 12.X.1554.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro xeniis et esculentis gratias agit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. XIII maius.
H B A, B 1, K.310.

N. 635.

Vilnae, 2.I.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
expedit, ut dux causam matrimonii sororis sua cum principe Suetiae promoveat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.310.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Achatio Czema et N.N. iudici terrestri Marienburgensi
de limitibus cum Ducatu Prussiae regundis.*

(*Exemplar*)

H B A, B 1, K.310.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifico et Generosis Achacio Czema, Palatino Marieburgensi et Stumensi Mevensique Capitaneo,^{a)} a Pokrziwien,^{b)} Succamerario, Iudici Terrestri Marieburgensi, syncere et fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Magnifice et Generosi, syncere et fideles nobis dilecti.

Intelleximus restare quasdam adhuc differentias occasione limitum in terris Prussiae inter villam nostram Honigfeldt in districtu Stumensi ex una, et villam Schadaw in districtu Marienwerder, Illustris Domini Alberti Prussiae Ducis, ac consanguinei nostri charissimi, ex altera partibus. Quae ut componantur complanenturque, et nostri plurimum interest et Illustris quoque Prussiae Dux subinde a nobis petit. Quoniam autem de fide et integritate industriaque Synceritatum et Fidelitatum Vestrarum minime dubitamus, committendum hoc eis munus esse duximus, committimusque ac mandamus praesentibus hisce literis, quaemadmodum^{c)} antea Gedani factum esse meminimus, ut certo cum Illustri Domino Alberto Prussiae Duce die constituto, ad limites praefatarum villarum Synceritates et Fidelitates Vestrae descendant, et vocatis ad se partibus, quarum interest, auditisque propositionibus et responsis illarum, receptis quoque hinc inde aliorum fide dignorum hominum, praesertim vero indegenarum,^{c)} sufficientibus testimoniiis, mediante ipsorum corporali iuramento, id, quod aequum et iustum fuerit, decernant, signis metalibus ac scopolis limitent, et quod cui de iure spectaverit, assignent, Deum et iusticiam prae oculis habentes nullique partium ita facientes, quo conscientiae Synceritatum et Fidelitatum Vestrarum onerentur. Faciientes etiam id, quod decretum per vos fuerit, per partes ipsas firmiter observari, unius vestrum absentia non obstante. Pro gratia nostra et officio suo Synceritates et Fidelitates Vestrae aliter non facturae. Datum Vilnae, VIII Ianuarii, anno Domini MDLV, Regni nostri XXV.

Commissio Sacrae Regiae Maiestatis propria.

a) sequitur spatium album loco nominis, ab amanuensi non lecti et verbum: Capitaneo expunctum.

b) sic in ms.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ad coherestandas nuptias filiae ducis [Annae Sophiae] Petrum Barzi,
oratorem suum, mittit.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.310.*

N. 638.

Ex venationibus Rudnicensibus, 10.I.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

Gabrielem Tarto apud se retinere coactus, petit, ut dux matrimonium sororis cum principe Suetiae ulterius promovere studeat.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

(Annexa, de quibus in litteris, desunt)

H B A, B 1, K.310.

N. 639.

Vilnae, 26.I.1555.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

de nuptiis filiae ducis [Annae Sophiae] ad quas invitata venire non potuit, gratulatur.

(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.310.

N. 640.

Vilnae, 15.II.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

se non solere causas ad se advocare, nisi quando fuerint per appellationem devolutae, respondet.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.310.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Accepimus literas Illustritatis Vestrae, quibus a nobis petit, ut causam certorum subditorum nostrorum ac Illustritatis Vestrae Capitaneo Mariemburgensi cognoscendam committeremus. Quia in re Illustritati Vestrae libenter satisfecissemus, si nobis salvis legibus hoc facere licceret. Sed quoniam non solemus causas ad nos advocare, neque eas cognoscendas committere, nisi quando fuerint per appellationem ad nos devolutae, itaque si quam iniuriam se habere praetendunt, causam in foro competenti instituant vel coeptam prosequantur. Cum vero causa ad nos per appellationem devenerit, tum et iusticiae, si quam habent, et Illustritatis Vestrae postulatis libenter satisfaciemus. Quam bene valere optamus. Datum Vilnae, XV die Februarii, anno Domini MDLV, Regni nostri XXV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 641.

Vilnae, 17.III.1555.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Achatio Czema.
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VII.
H B A, B 1, K.310.*

N. 642.

Vilnae, 23.III.1555.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
de causa inter Andream Kapusta et Eustachium Fogelwaider.
(Subscriptum: Petrus Arciechowski, Canonicus Wm.,^{a)} Curiae Referendarius)
(Exemplar)
(Annexum: supplica Eustachii Fogelwaider)
H B A, B 1, K.310.*

^{a)} probabilitate Varmiensis

N. 643.

Vilnae, 24.III.1555.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Venceslao [Wierzbicki] episcopo Samogitiae.
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VI.
H B A, B 1, K.310.*

N. 644.

Vilnae, 24.III.1555.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis.
episcopo Samogitiae, Venceslao [Wierzbicki], oratori suo, dedisse se
plenam facultatem fines adhuc controversos inter Magnum Ducatum
Lithuaniae et Ducatum Prussiae definendi decidendique.
Sigill. VI.
H B A, B 1, K.310.*

*Sigismundus Augustus etc.
Significamus tenore praesentium, quorum interest, universis fecisse
nos ac dedisse, idque ex huius Magni Ducatus Lithuaniae Senatus con-
sulto, Reverendo Domino Venceslao Episcopo Samogithiae, ad Illustrem*

Dominum Albertum Marchionem Brandenburgensem, in Prussia Ducem etc., Oratori, potestatem de reliquis finium, de quibus utrinque inter Lithuaniae et Prussiae Ducatus diutina controversia erat, cum hoc ipso Illustri Principe Domino Alberto Marchione Brandenburgensi etc. et eius Illustritatis subditis seu iure decidendi, seu amice componendi, ita uti utrinque expedire arbitrabitur. Promittentes nostro successorumque nostrorum nomine nos, quicquid ab illo in his ipsis, qui supersunt, controversis finibus actum, factum, gestum ordinatumque fuerit, nos successoresque nostros id ratum, gratum firmumque esse habituros. Si quid tamen ambigu emiserit, de eo ut ad nos referat, volumus. Harum testimoniorum literarum, quibus sigillum nostrum est appressum. Datum Vilnae, XXIIII Marcii, anno Domini 1555.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 645.

Varsaviae, 23.V.1555.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
iterum de causa matrimonii unius ex filiabus cum principe Suetiae.
(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

H B A, B 1, K.310.

N. 646.

Petricoviae, 10.VI.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
terrarum Prussiae consiliarii
de dotibus uxorum quorundam civium nobilium Elbingensium.

Sigill. VIII sine inscript.

H B A, B 1, K.310.

Sigismundus Augustus etc.

Reverendissimis in Christo Patribus, Dominis, Magnificis, Generosis et Famatis terrarum nostrarum Prussiae Consiliariis, in proxima Conventione congregandis, syncere et fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram regiam.

Syncere et Fideles nostri dilecti.

Intelleximus ortam esse controversiam inter Nobiles Martinum et Iacobum ab Alexwangen ex una, et Famatos Michaelem et Christophorum Waynreich, ratione consortium suarum legitimarum, Annae et Dorotheae, dicti Martini et Iacobi sororum legitimarum, nomine tutorio parte ab altera, occasione violati testamenti illorum paterni a Notario

Elbingensi Mathia Bognar. Cui cum testator in praesentia dicti Iacobi, quemadmodum et pridie conditi testamenti eiusdem sorori testatoris filiae Dorotheae legata ipsa exposuerat, quod et ipsa non inficias ivit, dictae Annae ipsiusque Dorotheae liberis legato inscribere iussisset ducentas marcas, quas doti dictae Annae et Dorotheae pro se videlicet contulerat. Atque ipse Notarius gemina annotatione ad elogium testatoris eo quoque modo nominatam summam, vidente et astante Iacobo, in protocollon suum retulisset et annotasset. Tandem posteaquam domum abiisset, edictam summam, ad voluntatem testatoris, in solennem et publicam formam instrumenti redactum, vocato in suas aedes Michaele Waynreich, demum testatoris edictum, quemadmodum gemina et distincta inscriptione conceperat, mutasse et violasse, et pro commemorata dotis summa universalē quorumcumque clenodiorum, vestium seu sumptuum praedictis liberis inscripsisse et auxisse.

Cuius commemoratus Iacobus nescius, cum casu in testamenti solennem formam et lectionem, antequam firmaretur, incidisset, eoque vicio seu extensione perlecta et ad Mathiam Bognar Notarium deducta et illi declarata, siquidem testator aliter illi enunciarit atque is in protocollon aliter quoque retulerit, dictum Notarium nihil aliud respondisse, nec testatoris elogio se tuitum, quam quod instanter peteret dictus Iacobus illius inscripcioni universalis dotis deferre, et eam ratam habere velit. Illi vicissim et fratri feuda in locum dotium, post patris obitum, cessura. Cuius arbitrio cum se permittere nollet, tum omnino appellaret sententiam et elogium parentis sui testatoris, eoque modo inter illos dissidium oriretur, intercedentibus Famatis Proconsilibus Elbingensibus, Bartholomaeo Greva et Iacobo Rik, intellecta illorum controversia atque Notario in aurem illis sugerente, eosdem denique similem consensum in universalē dotem sollicitasse et ab illo exegisse.

Quorum placito cum illis recedentibus, in praesentia familiae, altero a patre legati summam perquisivisset, posteaquam itidem stare nollet, tandem eos, post longam contentionem, inscripcionem ad testatorem detulisse, maximo persuasu eam ratam habere velit. Filiis loco vicissim feuda cessura. Quorum persuasui dictus testator obsecutus, vocato ad sui praesentiam Iacobo atque illi Proconsulum peticione exposita, illorum sententiam hoc pacto approbavit, ut illi et Martino filiis vicissim feuda cederent. Idque ipsum Proconsules ita se observatueros plus decies illi atque patrem affirmasse. Cui promisso Proconsulum eidemque patris irritata voluntati cum iterum atque iterum precibus obnitens obsequi nollet, tandem tamen propter Proconsulum plus aequo incitatam contentionem et patris insurgentem animum, saepe iteratis ab illo feudorum verbis, acquiescendum illi, atque sub hac iniuria tandem patris testamentum obsignatum fuisse.

De qua iniuria cum Iacobus deinde in publico consessu Senatus protestaret atque per Proconsulem eodem die annotari testamenti protocollon peteret, id ipsum eum exhibere noluisse, sed pueros sibi concerpsisse affirmasse. De qua Iacobus apud Proconsulem privatim et in generali consessu Senatus iterum protestatus est. Sic demum post citeriores plures contenciones, quas ex partibus Synceritates et Fidelitates Vestræ latius intelligent, controversia ad Reverendi in Christo Patris Domini Stanislai Episcopi Varmiensis,¹⁾ sincere nobis dilecti, arbitrium, Proconsole Elbingensi, Famato Iacobo Rik, et utrisque partibus praesentibus, delata, ibidem dictum Proconsulem publice appositam condicionem feudorum confessum et appositam enunciassesse. Attamen supra hoc dictum

Michaelem et Christophorum in feudorum sortes supra obtentam dotem se intromittere velle et venditioni quibusdam tacite obtulisse.

Nos controversiam eam sopitam et appositam doti condicionem expressam esse volentes, Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris inquisitionem et examen dictorum duorum Proconsulum, ad interrogatoria Martini et Iacobi ab Alexwangen, committendam duximus, quemadmodum iniurias in publico Senatu dicto Iacobo a Mathia Bognar illatas praesentibus committimus, mandantes, ut vocatis ad sui praesentiam in Conventu generali dictis Proconsulibus et Mathia Bognar, eisdemque propositis controversiae articulis, sub corporali illorum iuramento responsa illorum suscipiant et annotari demandant, ac tandem copiam illorum saepecommemoratis Martino et Iacobo extradant, ut ceteriora sua iura et testatoris voluntatem subsequi possint, denique dictum Iacobum ab illatis etiam illi a Mathia Bognar iniuriis vindicent easdemque cohercent. Facturi pro gratia nostra et suo officio. Datum Piotrcoviae, X Iunii, anno Domini MDLV, Regni nostri XXVI.

Commissio Sacrae Maiestatis Regiae propria.

1) *Hosius.*

N. 647.

Grodnae, 7.VII.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro studio ducis in matrimonii sororum suarum promovendis ipsi
gratias agit; de foedere cum rege Suetiae [Gustavo I] ineundo nihil
certum hoc tempore respondere se posse asserit.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.310.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem.

Amoris Illustritatis Vestrae, qui se in nos plane fraternus ex omnibus partibus ostendit, cum alia saepe multa argumenta, tum hoc tempore praeter caetera magnum et illustre habemus, quod de honorifica Illustrissimarum sororum nostrarum in matrimonio collocatione non minus, quam nos ipsi, videatur esse solicita. Itaque hoc nomine Illustritati Vestrae gratias agimus, et si qua se gratificandi obtulerit occasio, pari benevolentia et studio rem Illustritatis Vestrae agere parati sumus. Quod ad foedus cum Serenissimo Suetiae Rege faciendum attinet, hoc quidem tempore, dum in itinere sumus, explicare ea de re cogitationem nostram commode non possumus. Quamprimum autem Vilnam Deo volente pervererimus, re penitus cogitata et deliberata, Illustritati Vestrae sententiam et voluntatem nostram perscribemus. Quae interim bene valeat. Datum Grodnae, VII Iulii, anno Domini MDLV, Regni nostri XXVI.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 648.

Varsaviae, 7.VII.1555.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de studio ducis in promovendis matrimonii filiarum gratias agit.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. X.
H B A, B 1, K.310.

N. 649.

Vilnae, 20.X.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
inscia regina matre, nihil certi in causa prospectati matrimonii unius ex
sororibus suis cum duce Adolpho Holsacensi respondere potest, no-
ticias tamen de facultatibus eiusdem ducis expetit.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. IX.
H B A, B 1, K.310.

N. 650.

Rudniki, 10.XII.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de conventu oratorum ducum Megapolensium cum commissariis suis
instituendo; de annuo stipendio duci nondum numerato.
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.310.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine Charissime, salutem et pro-
speritatem.

Ex literis Illustritatis Vestrae, quas ad nos manu sua scripsit, co-
gnovimus id, quod antea multis rebus perspexeramus, solere illam pro
sua in nos observantia de nostris Regnique nostri fulciendis viribus co-
gitare. Idque nobis est vehementer gratum. Ac quod quidem ad Illustres
Dominos Pomeraniae Duces¹⁾ attinet, Gedani cum fuissemus, divi parentis
nostris in hoc exemplum iudiciumque libenter seuti, foedera olim inita
renovavimus. Illustrum etiam Dominorum Megapolensium²⁾ Ducum ea de
re animum si cognitum exploratumque haberemus sique sciremus, quem

ad locum et ad quod tempus Oratores suos ea tractaturos mittere velint, nos trago quoque Consiliarios essemus eodem huius rei conficiendae causa missuri. In quo quidem Illustritatis Vestrae potissimum consilio, quod nobis defert, uti cogitamus.

Illustri Dominae Illustritatis Vestrae socrui hoc quidem tempore gratificari non possumus. Declarabimus tamen per omnem occasionem commendationem Illustritatis Vestrae apud nos pondus habere. Stipendum annum, quod Generosus Ioannes Kostka, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarius, Illustrati Vestrae necdum numeraverit, iustis se nobis excusationibus purgavit. Nam et novum se etiamnum in hoc sustinendo munere esse et pecuniam alios quosdam in usus erogatam. Initurus autem est iussu nostro eam rationem, quemadmodum et quod iam numerare debuit et quod ad proximos Paschatis Sacri dies numerandum erit, Illustrati Vestrae sine mora numeret et solvat. De monili sive clenodio Generosus Gabriel Tarlo Illustrati Vestrae respondebit. Cupimus Illustritatem Vestram diu bene valere. Datum ex Rudnyki, die X Decembris, anno Domini MDLV, Regni nostri XXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Barnim IX, Philippus I.*

2) *Ioannes Albertus, Ulricus (vel Udalricus).*

N. 651.

Vilnae, 20.XII.1555.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de instituendis commissariis ad causam Henrici Kleinfeldt diiudicandam.
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

(Annexum: litterae ad consiliarios Prussiae in eadem causa de die
16.XII.1555)

H B A, B 1, K.310.

N. 652.

Varsaviae, 30.I.1556.

Bona regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae commendaticiae pro Francisco Żelisławski.
(m.p. reginae subscriptum)

Sigill. X.

(In schedula agglutinata: Iohannes Laurentius Papacoda Castelanides
Barensis, Camillus Branchacius Neapolitanus)

H B A, B 1, K.311.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro salutationibus ex occasione novi anni sibi missis gratias agit; se
praegnantem non esse significat.*

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.311.

Durchleuchtiger furst, fruenliche herzen lieber her und vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich grus und alles liebs und gueden von mier pefar.

Ich hab Eur Liebden zwey fruenlich schreyben enfangen. Due mich erslich des glicklichen nuen jar winssung, auch aller ander winssung ganz zu hochst und fruenlichesten pedanken und wins Eur Liebden auch dergleichen von Got den her ein glicklich nues jar, auch aller ander glicklich wolfar an sell und leyb, derselben wir nit nits^{a)} sundt vil, wie ich Eur Liebden von herzen vergunten.

Darnach pegeren Eur Liebden von mier zu wissen,^{b)} ub ich schwanger sey. So wis Eur Liebden, das pisher gar in keiner hofnung pin, die mier wissent sey. Eur Liebden sollen sich gewislich versehen, wan ich in hofnung war, das ich selhes Eur Liebden in vertrauen nit verhalden wolt als mein lieben her vatter.

Was^{c)} aber das kleinat pedrieft, wans Eur Liebden sicken weren, wil ich geren pesehen und also derauf warden. Was aber pedrieft, das si Eur Liebden entschuldigen,^{d)} auch mit pit, Eur Liebden nit in ibel aufnehmen iers lang schreyben, das ist an un von noden, dan es mier gar kein peschwarung ist, sunder ein herzenliche freyt, wan ich ein schreyben von Eur Liebden hab und derselben glicksaligkeit erfar.

Ich due mich auch fruenlich pedanken^{e)} gegen Eur Liebden tochter, auch derselben gemahel undt schwester unpekant und fruenlich zu empieden und winssung mit pit, Eur Liebden wellen ier lieben allen auch dergleich von meinen wegen wissen^{f)} ier ein^{g)} gliches nues jar und darselben noch vil^{h)} mer, auch mein unpekanden fruenlich grus sagen und dergleich pit ich, Eur Liebden wellen gegen derselben gemahel auch von mein wegen ausrichten; das wil ich in aller fruenschaft wider um Eur Liebden verdienet.

Lezlich due ich mich auf das hochst und fruenliches gegen Eur Liebden pedanken aller Eur Liebden fruenlicher erpieden und versich mich nit anders zu Eur Liebden. Erpoyt mich auch dergleichen gegen Eur Liebden in allen, der Eur Liebden wissen, das ich Eur Liebden alle fruenschaft kan pebeyssen; mich nitⁱ⁾ zu sparen, solt mich Eur Liebden alzeit guetwillig^{j)} finden. Due mich hiemit Eur Liebden fruenlichen auf das hochst pefelen. Datum Vilna, 30.tag Jennar 1556^{k)} anno.

Eur Liebden getrue tochter Katharina kungin^{l)} zu Polen.

a) *indistincte scriptum, ex alio verbo cor-
rectum; post sunt sequitur wi expunctum.*

b) *in margine.*

c) *praeedit littera expuncta.*

d) *in ms. entschuldiget.*

e) *sequitur littera 1.*

f) *sic in ms., forsitan pro: winssen.*

g) *supra lineam.*

h) *praeedit littera expuncta.*

i) *praeedit mit expunctum.*

j) *praeedunt duae litterae expunctae.*

k) *in ms. 15556.*

l) *vel: kinigin*

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro notitiis gratias agit; se libenter exemplum litterarum sorori suae in causa Livonica scriptarum duci transmittere.

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.311.

Durchleuchtigister furst, fruenlicher mein herzenlieber her und vatter, Eur Liebden sein^{a)} mein fruenlich gruss undt alles lieb und guetes von mier zuvor.

Ich hab Eur Liebden zwey schreyben enfangen undt daraus Eur Liebden gesundt mit sunder freyten verstanten und wissen Eur Liebden sein kunigliche majestet und mich sambt den jungen kinigin alle in gueten gesundt - Got hab lob, got^{aa)} wel uns alle lang darin erhalden. Es ist auch gar zu^{b)} vil der so grossen danksagung um mein gedan schreyben. Got der her weis, das ich mit ganz getruen herzen gegen Eur Liebden main.

Was^{bb)} die eiflendist handlung petreffen, hab ich Eur Liebden pegeren verstanten aus derselben priest und copeyen, das Eur Liebden geren wolt, das ich mein frau schwester deshalb schreyben solt. Weil ich den almal gar genaigt pin, Eur Liebden alle fruentschaft zu peweissen, so wil ich ier liebden auf Eur Liebden peger schreyb, sunderlich weil dats auch ein sach ist, die sein kunigliche majestet und mich andreffen. Got^{c)} der her geb das zu allen guetten reichen. Und ist mier gar leit gebest zu versten, das mein her schwager auch solt den Eiflenten halfen. Hof zu Got, wer villeicht nit so vil sein, als^{d)} si sich selbt ruemen.

Was aber die ander sahen petreffen,^{dd)} sag ich Eur Liebden fruenlich tank, das Eur Liebden sich so dienstlich und fruenlich gegen mier und den mein erzeigen; wil mich pefelssen,^{e)} selhes^{f)} widerum Eur Liebden zu vergleich. Weil ich aber weis, das mein her schwager ein gar verstandiger furst ist, kan ich wol gedenk, das sein lieb selbt darauf pedacht sein wiert, damit er wider zu den sein kum und auch mein frau schwester eines hocher verstantes^{g)} und alder ist als ich,^{h)} pedunkt mich, das sich solhe ermanung von mier wiz auf diemal nit sicken wil.ⁱ⁾ Das hab ich Eur Liebden auf ier schreyben nit unangezeit zu anwurt wellen lassen und sick Eur Liebden hiemit den priest an mein frau schwester; pit, Eur Liebden wellen ier lieben zusicken. Aber mich pedunket guet sein, das Eur Liebden mit solhen weg sickt, als wan Eur Liebden der priest sunst ungefar war zukumen, damit ier lieb nit merket, das von Eur Liebden herkeime. ^{j)} Doch stel ichs in Eur Liebden pedenken, den Eur Liebden hoch weider als ich in diesen und allen ander sahen merer verstant ist.

Ich sag Eur Liebden auch fruenlichen dank um das druen winssen; Got der her wels Eur Liebden vergelden und ist anderst sein gotlich wil, also sicken, dan es stet in seiner hant; und gibt ezt wan er weis, das zu pesten ist, das wider sein gotlichen willen kun nicht geschehen.

Damit wil ich Eur Liebden nit weyder mit mein possenschreyben

peschwaren undt due mich Eur Liebden ganz fruenlich pefelhen. Datum
Vilna, den 6.tag Februar 1556 anno.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina künigin zu Polen.

- a) sequitur littera: s.
- aa) got super lineam
- b) sequitur littera expuncta: f
- bb) in ms.: wats
- c) praecedit verbum: Gott, expunctum.
- d) praeedit: alsf (?) expunctum.
- dd) sequitur verbum: hat, expunctum.

- e) pro: peflessen (pefleissen)
- f) correctum ex: selhen.
- g) correctum ex: verstanten.
- h) verba: als ich suprascripta pro expunctis:
pesurg ich
- i) sequitur verbum: aber, expunctum.
- j) hic 2 litterae expunctae: ge

N. 655.

Vilnae, 8.II.[1556].

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litteras passus a rege Romanorum [Ferdinando I] pro transportando vino
petitas mittit.
Sigill. XIII.
(Germanice)
H B A, B 1, K.311.

N. 656.

Vilnae, 26.II.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de prospectatis matrimoniis sororum suarum cum principe Suetiae et
duce Holsatiae Adolpho.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.311.

N. 657.

Vilnae, 20.IV.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
stipatorem suum Vincentium Ruszkowski in Prussiam mittit armorum
aliascumque rerum coemendarum causa.
Vest. sigilli.
H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.
Mittimus in Prussiam ad nonnullas nostras et Illustritatis Vestrae
civitates Nobilem Vincentium Ruskowski, Stipatorem nostrum, coemen-

dorum armorum et nonnullarum aliarum rerum causa. Postulamus itaque ab Illustritate Vestra, ut illi per ditionem suam, cum armis et rebus nostris omnibus, tutum et securum transitum, tam terra quam mari et fluminibus, praebeat, neque thelonium aliquod a rebus nostris exigi patiat. Faciet nobis Illustritas Vestra rem gratam. Quae bene valeat. Datum Vilnae, XX die Aprilis, anno Domini MDLVI, Regni vero nostri XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

In dorso:

1556

No.: Noch den andern 32 brifen, weiln sie regi[stirrt], habe ich in etli[c]hen keysten vleissig gesuchet, khann sie aber nicht finden. Actum den 22. Decembbris anno 68.

Pro subscriptione sigla.

a)-b) *manu propria.*

N. 658.

Vilnae, 25.IV.1556.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

de mediatione sua in vino pro duce emendo refert; gratias agit pro noctiis de electione patris sui, Ferdinandi I, in imperatorem, qua de re gaudet.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.311.

N. 659.

Wolkiniki, 4.V.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

universis

salvus conductus pro Melchiore Kirchoff, cive Rigensi.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus literis, quorum interest, universis, quia nos certis et legitimis de causis in patrocinium nostrum accepimus Fatum Melchiorem Kirchoff, civem Rigensem, illique salvum conductum nostrum ac omnimodam securitatem a vi et potentia dedimus, qua fretus possit libere et absque quovis impedimento ac metu quarumcunque personarum ubique in Regno nostro et dominis nostris, praesertim in civi-

tate nostra Gedanensi, versari negotiaque sua licita et honesta agere, exercere, illisque dispositis vel non dispositis, inde ire ac redire, persona, rebus suis omnibus sub regia protectione nostra salvis permanentibus, hinc ad duorum annorum decursum a data praesentium computando. Ita tamen, ut de se omnibus conquerentibus in iuditio competenti respondere reique iudicatae parere teneatur.

Quocirca vobis, Proconsuli et Consulibus civitatis nostrae Gedanensis aliisque subditis nostris, in Regno et dominiis nostris constitutis, severe praecipimus et mandamus, ut hunc nostrum salvum conductum in omnibus eius punctis, clausulis et conditionibus, ad spatum temporis praescripti, firmum esse velitis eidemque Melchiori Kirchoff nullam vim et iniuriam, directe vel indirecte, aut alio quovis colore quaesito, inferre audeatis, nec ab aliis inferri permittatis. Sub gravissima indignatione nostra aliter non facturi. In cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. Datum Volkinikii,^{*)} IIII die Maii, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

^{a)} Ioannes Przerempski
Regni Poloniae Vicecancellarius.^{b)}

^{c)} Relatio Reverendi Ioannis Przerembski
Regni Poloniae Vicecancellarii, Gnesnensis Cracoviensisque Praepositi.^{d)}

^{a)-b)} manu propria Ioannis Przerembski.

^{c)-d)} alia manu.

^{*) alias:} Olkieniki

N. 660.

Ex venationibus Volkinicensibus, 8.V.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litteras duci in negotio Livonico se mittere nuntiat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.311.

N. 661.

Vilnae, 31.V.1556.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae curiales: cum notitiis de bona valetudine sua et regis coniugis.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.311.

Vilnae, 2.VI.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci*

*contra matrimonium sororis cum duce Holsacensi [Holsteinensi] nihil
se habere, difficilius tamen esse existimare, ut idem dux eam prius
in persona videre possit.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Ex litteris Illustratatis Vestrae perspeximus singularem illius erga nos benevolentiam studiumque, non illud quidem nobis novum aut incognitum, gratum tamen atque iucundum illud plane summae erga nos Illustratatis Vestrae benevolentiae iudicamus, quod intelleximus magnae illi curae esse, ut Illustrissimae sorores nostrae matrimonio dignitati suae convenienti eloquentur. Itaque multum debere nos Illustratati Vestrae eo nomine existimamus.

Quod de Illustri Domino Duce Olsacensi¹⁾ Illustritas Vestra scribit, sane illius persona nobis probatur, multa enim plurimae laudis atque dignitatis de eo ad nos perferuntur. Ceterum non videmus, que ratio iniri possit, ut Illustrissimam sororem nostram publice videret aut alloqueretur, nisi forte privatus ignotoque comitatu venire videndae illius causa vellet. Ut enim eam alloqueretur, nequaquam convenit, nam preterquam quod non est consuetudinis Regum virgines, quas in matrimonium daturi essent, permittere antea in colloquium venire, alienum etiam dignitate nostra fuerit, si posteaquam publice venisset alloquutusque Illustrissimam sororem nostram esset, re inde infecta discederet. Quare Illustratas Vestra pro studio observantiaque erga nos sua ita tractandum agendumve hoc negocium studeat, ut vel perfici vel ab eo recedi dignitate nostra integra possit.

Quod attinet aetatem Illustrissimae sororis nostrae Annae, ea quarto a nobis loco nata fuit. Secundus enim a nobis extit frater ante legittimum tempus aeditus.²⁾ Deinde Illustrissima soror nostra Dux Brunsvicensis, tandem hec ipsa, ut cum nos sextum et trigesimum nunc annum agamus, eam trigesimum attigisse vel omnino complere existimemus. Quod ad Illustratatem Vestram, ut amicum consanguineumque nostrum, perscrupsimus confidentius ab eaque postulamus, ita hac in causa versetur, ut precipua semper nostrae Illustrissimarumque sororum nostrarum dignitatis ratio habeatur. Id quod facturam Illustratatem Vestram pro fide benevolentiaque in nos sua non dubitamus. Quam diu foelicem valere cupimus. Datum Vilnae, secunda Iunii, anno Domini MDLVI, Regni vero nostro anno vigesimo septimo.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

^{z)} sic in ms.

¹⁾ Adolphus.

Mejszagola, 13.VI.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de marschalco Ordinis Livoniensis a magistro pulso.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et prosperitatem.

Ferimus moleste causam Marschalci Livoniensis,¹⁾ tametsi eum alia quam nostra causa pulsum intelleximus. Porro de ope auxilioque illi ferendo in praesentia statuere nihil possumus, nisi Reverendus Dominus Episcopus Samogitiae,²⁾ quem Legatum ad Magistrum³⁾ misimus, redierit Legatosque eius, qui ab eo missi ad nos in itinere esse nunciantur, audiverimus. Ex quibus dum cognoverimus de voluntate animoque ipsius, bellumne an pacem spectet, tum demum et de rationibus Marschalci explicare consilio facilius poterimus. Cupimus Illustratatem Vestram recte valere. Datum in Missogola, XIII Iunii, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

2) Ioannes Domanowski.

1) Casparus Muenster.

3) Henricus de Galen.

Vilnae, 21.VI.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de periculis, quae archiepiscopo Rigensi ex parte magistri Ordinis Livo-nici [Henrici de Galen] imminent.*

Sigill. VII.

(Cum duobus annexis: exemplo litterarum magistri Livoniae et exemplo litterarum archiepiscopi Rigensis)

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps, Consobrine noster Charissime.

Quid responsi Magister Ordinis Livonici cum iis, qui se se illi adiunixerunt, dederit nobis ad eam legationem, in qua Reverendum Dominum Episcopum Samogitiae¹⁾ ad eum miseramus, Illustritas Vestra ex eius responsi exemplo intelliget. Simul ex litteris Reverendissimi Domini Archiepiscopi cognoscet, quo in statu res illius atque Illustris Domini Ducis Megapoliensis²⁾ positae sint. Animadvertisimus apud homines illos neque consilio, neque rationi quicquam loci esse, atque ita ad bellum

gerendum incitatos, ut plane a conditionibus pacis abhorreant. Itaque quamvis alieno hoc nostro Reique Publicae nostrae tempore Lituanos ad arma excivimus atque ad fines Livonicos adesse iussimus, nam ut Livoniam confessim aggredi instituamus, non videbatur nobis faciendum, praesertim cum maiorum nostrorum more sine mercenario milite, qui tam celeriter, ut res postulat, conscribi non potest, bellum extra fines gerere non consueverimus. Idem ut Illustritas Vestra quoque faciat, cum omnibus suis copiis ad fines accedat, nobis videretur, ut duplicitate terrore hosti iniecho facilius ad condiciones pacis aequas suscipiendas adduci possit.

Petimus deinde ab Illustritate Vestra, ut suam nobis sententiam perscribat, quid deinceps faciendum nobis existimet, quid ipsa facere velit in tanto fratri discrimine et quantum ea in re praestare possit. Scripsimus etiam ea de re ad Consiliarios Regni, quos tamen eam deliberationem ad publica Regni Comitia reiecturos esse existimamus. Sed id quam lentum esse soleat, Illustritas Vestra non ignorat. Nos sane, quamvis gravibus Regni nostri rationibus postulantibus profectionem hoc tempore in Polonium institueramus, tamen si res ad pacem deduci non poterint, eam ipsam in longius tempus reiecturi sumus. Tandem Illustratatem Vestram recte valere optamus. Datum Vilnae, XXI Iunii, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Ioannes Domanowski*.

2) *Christophorus*.

Schedula adiuncta: Non abs re facturam Illustratatem Vestram existimamus, si per suos et apud Serenissimum Daniae Regem¹⁾ et apud Principes Germaniae agat, ne illius Maiestas transitum militibus in Livoniam prebeat, ii vero ut eos omni ratione impediatur.

1) *Christianus III.*

Annexum I:

Responsum a Magistro Livoniae.

Serenissimi atque Illustrissimi Principis ac Domini, Sigismundi Augusti Regis Poloniae, Magni Ducis Lituaniae etc., Legato, Reverendo ac Magnifico Domino, Domino Ioanni a Domanow, Electo Episcopo Mednicensi, Reverendus ac Magnificus Dominus, Dominus Henricus de Galen, incliti Militaris Ordinis Magister Livoniae, Dominus meus clementissimus, ad ea, quae nomine Regiae Maiestatis exposita sunt, responsum datum subsequitur.

Non ignorare Principem meum clementissimum, Magistrum Livoniae, qua ratione Regia Maiestas Poloniae per suum Legatum ante hoc tempus postularit, ut illius Reverenda Magnificencia sedulo curaret Illustrum Principem Dominum Christophorum, Ducem Megapolitanum, in Coadiutorem Archiepiscopatus Rigensis postulari atque eligi. Non ignorare etiam, quod scripserit Regiae Maiestati se statim, habito conventu statuum

huius provinciae, eius Regiae Maiestati responsuram esse. Conditiones autem propositas, quibus mediantibus praedictus Dux Megapolitanus intromitteretur, possibles et honestas esse. Item causas, ob quas meus clementissimus Princeps, Magister Livoniae, cum caeteris consentientibus statibus, coacti sint arma sumere contra iniustum vim, pias et iustas esse. Visum est totum negotium atque circumstantias omnes Regiae Maiestati, per communium consentium^{z)} statuum Legatos, Regiae Maiestati ipsi explicare. Ex quibus sine dubio intelligere poterit, quae causae omnium gravissimae cogant communes consentientes status huius provinciae propulsare vim iniustum.

Ex quibus Legatis etiam eius Regia Maiestas intelliget, quam invitus cogatur Princeps meus clementissimus, cum caeteris statibus, magis iam contra christianum populum, quam christiani nominis hostes, pugnare, provocatus multis antehac inauditis iniuriis et conspirationibus. Quamvis bene sciat, quantum malorum semper attulerint intestina odia et civilia bella. Nihil dubitans, cum eius Regia Maiestas ubique intellexerit omnium rerum conditionem, se nequaquam probataram res multas, quae ipsius Regiam Maiestatem iam latent, eandemque roget obsecrat Dominus meus clementissimus, ut dignetur eandem legationem clementer expectare ad locum et tempus, quod ipsius Regiae Maiestati visum fuerit. Cuius responsum ad literas, nudius tertius hinc ad eius Regiam Maiestatem scriptas, expectabit Princeps meus clementissimus, cui nihil charius est Rege vicino, amico tanto, quem Deus Optimus Maximus semper conservet incolumem atque eidem in omnibus suae gubernationis actionibus clementer aspiret omnem foelicitatem et successus prosperrimos. Actum Wenden, die Veneris post Trinitatis.

^{z)} sic in ms.

Annexum II: Exemplum litterarum Archiepiscopi Rigensis.

Serenissime Princeps Potentissimeque Rex ac Domine, Domine et Avuncule Clementissime et Colendissime, devotas meas ad Deum Optimum Maximum, largitorem omnis boni, preces et officia mea quam promptissima offero.

Quamvis elapso iam medio mense per fidelem servitorem meum Stanislaum a Vogt, Capitaneum in arce mea Lenwardey, summa necessitate coactus rerum mearum statum, et quas turbas adversarii mei contra me excitaverint, significari curaverim, sedulo et summis precibus toties a Sacra Regia Maiestate Vestra promissum auxilium implorans, tamen neque in hodiernum usque diem hic rediit, neque quicquam praesidii vel a Sacra Regia Maiestate Vestra, vel ab aliis conspicitur. Interea autem, etsi Legatos meos ad Livoniae Magistrum eo ipso tempore, quo et Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae Orator, Reverendissimus Dominus Episcopus Samogithiae, adisset, missem percutandum, quid sibi bellicus hic apparatus vellet quidque mihi de eo suspicandum sit, subiiciens, si forte contra me instituta violentia foret, coram ordinario magistratu me iuris definitioni.

Verum ille nihil ad ea respondit, nisi quod suo tempore se responsorum diceret. Habet autem sibi coniunctos omnes huius provinciae Episcopos, Suffraganeos meos, necnon totum equestrem statum, civitates et universam provintiam. Quos omnes sibi in auxilium per-

traxit, et iam aliquot dies vi et minis meos quoque subditos contra me movere et illos sibi belli socios facere et ad extremum redigere sedulo conatus est. Quamvis autem subditi mei, et spiritualis et secularis status, quantum possibile erat, restiterunt, tamen in eam angustiam iam coacti sunt, ut, nisi consenciant suis petitionibus, tanque publicos hostes primus ferro et flamma, quod et protestatus est, devastaturus sit, ac hiisce modis eo ipsos adegit, ut ad me venire omnino non possint, interceptis undique itineribus (ut est meae Archidiaecesis^z situs), neque ego illis, etiamsi militibus stipatus essem, succurrere possim.

Consulunt autem status meae Archidiaecesis, hac calamitate undique circumsepti et gravati, non ignorantibus vires meas et illorum hostibus his opponi omnino non posse, multo minus aliqua opportunitate in occursum obici, ut quamprimum, meae et illorum saluti consulturus, Archodiaecesi cederem, neque manus Capituli resignarem, neque ex hac provintia, iure et iudicio certaturus, conferrem. Intellexi autem ex relatione Domini Erhardi a Cunheim missuram Vestram Sacram Regiam Maiestatem ad me Nuncium, qui de pacis mediis atque compositione mecum, quod et Dominum Episcopum Samogithiae cum adversariis egisse creditur, tractaret. De quo maximam spem et consolationem conceperam. Verum cum ille Orator (ut fertur) ad me properans, ad unum saltem miliare a mea arce Koskenhausen^z abasset, interceptus in itinere cum suis trucidatus est, capto etiam et vulnerato meo ministro Hermanno, qui itineris comes erat.

Quae quidem res bene conceptam spem in luctum et summum dolorem permutavit atque auxit mirum in modum, quod paulo post Dominum Erhardum a Kunheim, qui ad colloquium cum Domino Episcopo Samogithiae se contulerat, Wendae in hospicio detineri et denegari Domino Episcopo Samogithiae accessum ad me compererim. Et quid porro adversarii mei, ac tota haec provintia aestuat furore, atque in me unicum aciem stringunt, nihil superest, quod ad hostilitatem spectat, nisi ut pergant me cum Illustrissimo Duce Christophero et cum paucis meis fidelibus, quos mecum habebo, obsidione ad extremam necessitatem cogere, etiam vitate nostrae (ut aiunt) non parcituros. Praeterea omnes viarum itinerumque accessus, non solum Lituaniam versus, verum etiam in hac provintia, quae meam Archidiaecesim undique circumcingit, intercepterunt, ut nemo omnino ad me, neque ego ad quemquam literas dare possim.

Tanta est mea iam infoelicitas et calamitosa fortuna, cui nisi Vestra Sacra Regia Maiestas auxiliares manus porrexerit atque quamprimum et citissime ope et auxilio ex illorum fauibus liberaverit, pauci admidum dies supersunt, quibus illis potestatem in me meosque, ut eorum crudelitati satisfiat, aut concedere cogar, aut duris obligationibus, tam contra Vestram Sacram Regiam Maiestatem, quam contra alios meos consanguineos Principes, devinciri. A quibus tamen in hunc usque diem liber fui. Sic undique adversa fortuna ego et Illustrissimus Dux Christopherus, uterque pressi sumus et in summis necessitatibus iam sudamus, in solius Dei Omnipotentis et Vestrae Sacrae Regiae Maiestatis auxilium et nostrorum consanguineorum Principum, quos tamen interclusis itineribus ea de re certiores facere non licet, spem nostram reponentes. Quo si intra paucos dies destituimur, actum de nobis nostrisque erit.

Etsi autem animum reddit tam diligenter fideliterque saepius, tam propter protectionis officium, quam sanguinis necessitudinem promissum auxilium, tamen quia cunctatione res meae in pessimum dilabuntur, pene

statim ipsa durissima necessitas coegit mediis, quibus commodissime potui, Vestrae Sacrae Regiae Maiestati haec omnia significare atque promissum auxilium ut matureret, in nostram liberationem et vindictam suppliciter implorare. Quemadmodum et summis precibus rogamus, monemus et invocamus, ego et Illustrissimus Dux Christopherus, Vestrae Sacrae Regiae Maiestatis brachium et manus auxiliares quamprimum porrigi, antequam nostrorum hostium furor cedere cogimur, cum nostro nostrorumque familiae dedecore. Id ego et Illustrissimus Dux Christopherus, unacum nostris familiis et consanguineis, summo studio semper quam gratissime compensare et demereri conabimur. Et commendamus Vestram Sacram Regiam Maiestatem ad Dei Optimi Maximi gloriam et inclitorum Regnorum incrementum, quam diutissime incolumem. Datae ex arce mea Koskenhausen, 9 die mensis die Iunii, anno a nato Christo MDLVI.

Schedula adiuncta:

Quandoquidem summe necessarium est de his quoque turbis fieri certiorem Illustrissimum Principem, Dominum ac germanum meum charissimum, Ducem Prussiae, id autem per me fieri nulla ratione cinctis itineribus potest, summis igitur precibus exoro, Vesta Sacra Regia Maiestas Suam Illustrissimam Celsitudinem in commune auxilium advoicare atque de his rebus nostris gratiose ac clementer admonere velit.

z) *sic in ms.*

N. 665.

Vilnae, 3.VII.1556.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae curiales; gratias agit pro libro et "Pomeranzen".
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A , B 1, K. 311.*

N. 666.

Vilnae, 5.VII.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro studio ducis in causa matrimonii sororum gratias agit.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A , B 1, K. 311.*

Vilnae, 8.VII.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
sententiam ducis exquirit, quid sibi faciendum esse arbitretur in adiuvando
archiepiscopo Rigeni, Gulielmo Brandenburgensi, qui nulla vi hostium
adactus se ipse Livonibus, una cum coadiutore suo, duce Megapo-
lensi, Christophoro, dederat.

Sigill. VII.

H B A , B 1 , K . 311.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Consobrini Charissime, salutem et pro-
speritatem.

Dum de adiuvando et omnibus obsidionis periculis liberando Illus-
trissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi, consobrino
nostro charissimo, cogitamus nostrique huius Ducatus Ordines ad arma
concitamus, et simul in Regnum nostrum vocandorum inde mercena-
riorum militum causa mittimus, intelleximus ex eo, quem ad Livoniae
Magistrum¹⁾ miseramus, Illustrissimum et Reverendissimum Dominum
Archiepiscopum non ulla hostium vi neque necessitate adactum, sed eorum
persuasionibus impulsum, qui in eadem arce cum illo conclusi erant,
arce excessisse et Livonibus se una cum Illustri Principe Megapolensi
deditisse. Quod nobis, uti insperatum, ita acerbissimum accedit. Ac
Illustris quidem Princeps Megapolensis cum Magistro esse et inde domum
libere abeundi plenam dicitur habiturus esse potestatem. Caeterum Illu-
strissimus et Reverendissimus Dominus Archiepiscopus in arcem quan-
dam ad fines Moscoviae sitam missus, in custodia, libera quidem illa,
sed tamen indigna et molesta, cum certo famulorum numero asservatur.
Ferturque Livones de alio in eius locum et dignitatem sufficiendo de-
liberare.

Id Illustritatem Vestram propterea intelligere voluimus, ut quid nos
facere arbitretur oportere, quidve facere velit, scire possemus. Veniunt
quidem ad nos Livonum Legati, sed, uti arbitramur, nihil aliud, quam
quod ex literis Magistri intelleximus (quarum exemplum his adiunxit)
allaturi. Videlicet rationes reddituri, quibus adducti Illustrissimo et Re-
verendissimo Domino Archiepiscopo bellum intulerint. Quos non prius
dimissuri sumus, quam ab Illustritate Vesta nobis responsum erit. Quod
si quid forte praeterea adferent, faciemus sine mora Illustritatem Vestram
ea de re certiore. Accepto autem hoc nuncio, homines nostros, qui
ad arma exciti sunt, ne ad fines progredierentur, iussimus subsistere,
ut quid deinceps faciendum nobis sit, amplius deliberemus, Illustritatis
Vestrae sententiam interea expectantes. Quae bene valeat. Datum Vilnae,
die VIII Iulii, anno Domini MDLVI.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

1) Henricus de Galen.

Vilnae, 15.VII.1550.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de legatorum Livonicorum adventu, quibus tamen nihildum responsi se
dedisse significat, priusquam sententiam ducis hac in re cognoverit.*

Sigill VII.

(Adest versio germanica)

H B A , B 1 , K . 311.

Sigismundus Augustus etc.

*Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et pro-
speritatem.*

*Venerunt ad nos Livonum Legati, quorum quae fuerit legatio, Illus-
tritas Vestra ex iis exemplis, quae ad Magnificum Achacium Czema,
Palatinum Marienburgensem, mittimus, facile cognoscet. Nihildum autem
illis responsi dedimus, quod prius scire cupiamus, quae sit Illustritatis
Vestrae sententia, tam de Illustrissimi et Reverendissimi Domini Archie-
piscopi Rigensis,¹⁾ consobrini nostri charissimi, deditio, de qua scripsi-
mus, quam de iis, quae eundem Magnificum Palatinum verbis nostris
exponere Illustritati Vestrae voluimus. Quae bene valeat. Datum Vilnae,
XV Iulii, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.*

a) *Sigismundus Augustus Rex subscrapsit.* b)

a)-b) *manu propria.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

Vilnae, 18.VII.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de Livonum legatione et de causa archiepiscopi Rigensis [Gulielmi Bran-
denburgensis].*

Sigill. VII.

H B A , B 1 , K . 311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

*Livonum quae fuerit legatio, scire iam Illustritatem Vestram credi-
mus. Dedimus enim proxime id negotii Magnifico Palatino Mariembur-
gensis, ut ipsius legationis exemplum, a nobis sibi missum, Illustritati
Vestrae legendum exhiberet. Iis, cum voluntate nostra cum Consiliariis
nostris convenient, nomine nostro expositum est graves nobis belli
contra illos suscipiendi causas datas esse, nam et fines Lituaniae occu-
patos esse iniuriasque hominibus nostris plurimas illatas, et Legatum
contra ius gentium violatum et, quod gravissimum nobis accederit, con-
sobrinum nostrum ad deditio, adactum nuncque etiam captivum deti-
neri. Quoniam tamen nos a christiani sanguinis profusione abhorreamus,
paratos nos nunc quoque esse, si nobis honeste satisficeret, tractationem
admittere. Ideoque quae situm ex illis est, num haberent plenam nobiscum
de iis ipsis, quibus offensi sumus, tractandi potestatem.*

Cumque illi breviter ad ea singula respondentes, iniurias, quas nobis fieri audierant, extenuassent causasque illarum commemorassent, et protestatem nobiscum tractandi sibi datam esse negassent, responsum est illis mirari nos vehementer, cum bellum disuasuri et de pace acturi venissent, non habere eos nobiscum de tantis rebus tractandi protestatem, admonitione sunt, ut, siquidem nos a bello abstinere vellent, a Magistro¹⁾ et Ordinibus Livoniae eam ipsam nobiscum tractandi protestatem sibi dari et diploma eius concessionis mitti postularent, praesertim vero de Illustrissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi, qui nisi in pristinam dignitatem et libertatem restitutus esset, non posse de alis etiam ullam tractationem institui. Nos enim Illustritati eius nec posse deesse, nec unquam vel extremis quibusquam tentandis defuturos.

Sed illi, postulato deliberandi spacio, postero die responderunt sua se legatione functos esse, neque ad Magistrum Ordinesque scribi a se ea de re opus esse eam potissimum ob causam, quod existimarent fore, ut non nisi praesentium proficeret oratio, nos potius nostros mittere debere et se, dato responso, dimittere. Quod autem ad Reverendissimum Dominum Archiepiscopum attineret, ulti illum culpa sua agnita in liberam custodiam concessisse et in ea tamen uti Principem tractari. Qui cum iustas et graves ob causas ad eum casum devenisset, non sperare se facturos Ordines Livoniae, ut nisi iussu Caesareae Maiestatis dimittatur. Machinationes enim, propter quas a dignitate amotus sit, non solum ad Livoniae, sed etiam ad Imperii Romani perniciem fuisse institutas. Admonuerunt postea Consiliarios nostros, quos cum illis agere voluimus, ut nos ad pacem ex praescripto pactorum servandam hortarentur, ut iurisiurandi admonerent, quod de non adiuvandis suis hostibus iurassimus, rogaruntque, ut a nobis peterent, se secum durius ageremus, sed ut se, placido responso dato, dimitteremus. Atque haec quidem cum Consiliariis nostris.

Postea eodem die, nempe XVIII Iulii, cum quidam ad illos a Reverendo Regni nostri Procancellario²⁾ missus quoddam literarum exemplum, quod apud Consiliarios nostros reliquerant, illis retulisset, familiariter inter caetera dixerunt Archiepiscopum Rigensem (nullum enim illi honoris nomen praefari solent) tam splendide et liberaliter haberi, neque ullam sui restitutionem expetere, ut etiam certo crederent eodem ipso die cum Livonibus illum eiusmodi tractatum instituisse, ut se Archiepiscopatu in gratiam illorum ulti abdicatus esse videatur. Iam cum de Reverendissimi et Illustrissimi Domini Archiepiscopi incolumitate et dignitate potissimum agatur, consilium nobis vellemus de tota ea re ab Illustritate Vestra suppeditari. Ac nostris quibusdam Consiliariis videtur esse faciendum, ut ad Magistrum Ordinesque Livoniae mittamus, qui nomine nostro ostendant causas quidem belli nos graves et iustas habere, sed iurisiurandi nos et pactorum, quorum admoneremur, observantiores esse quam illos. Ideoque si Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Archiepiscopum in integrum restituere velint, de aliis iniuriis honestos tractatus nos recusaturos non esse. Aliis autem ea legatio non videtur sine indignitate nostra esse posse. Quapropter Illustritatis Vestrae sententiam exquirimus, quam nobis primo quoque tempore perscribat. Et bene valeat. Datum Vilnae, die XVIII Iulii, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Gulielmus de Fürstenberg*.

2) *Ioannes Przerębski*.

N. 670.

Vilnae, 31.VII.1556

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae intercessoriae pro fratre ducis.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A , B 1, K. 311.

N. 671.

Vilnae, mense Iulio, 1556.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae curiales.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A , B 1, K. 311.

N. 672.

Vilnae, 12.VIII.1556.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
gratias agit pro epistolis sibi per dominum a Dohna et dominum Mysz-
kowski allatis; se pro fratre ducis apud regem coniugem et apud
imperatorem intercessuram esse nuntiat.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A , B 1, K. 311.

N. 673.

Vilnae, 3.IX.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ne Constantino Kuncewicz, homicidae, in ditione ducis latitare liceat.
Sigill. VII.
H B A , B 1, K. 311.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Consobrine, Charissime, salutem et pro-
speritatem.
Constantinus Kunczevicz, filius Ioannis Kunce, Jasvonensis et the-
lonie nostri Kawnensis Tenutarii filius, perpetrato in aula nostra ex

insidiis voluntario homicidio (nobilem enim iuvenem Nicolaum Krzizowski, Thesauri Curiae nostrae familiarem, aulici vero nostri fratrem, nulla lachessitus iniuria interfecit), etsi militari sponsoione per primarium Ducatus nostri Lituanici Marsalcum astrinctus esset, tamen ea fide violata profugit, in Ducatuque et territoriis Illustritatis Vestrae latitare dicitur. Quod quidem facinus cum vindicari videamus oportere, postulamus ab Illustritate Vestra, ut non modo ne hominem a suis fovery occultarique permittat, sed etiam, sicubi latitare indicatus fuerit, comprehendi capique iubeat atque adeo detineri etiam, donec ii, a quibus accusatur, legitimam contra illum actionem instituant. Id et nobis erit gratum et Illustritate Vestra dignum. Quae diutissime bene valeat. Datum Vilnae, die III Septembris, anno Domini MDLVI, Regni vero nostri anno XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 674.

Vilnae, 16.IX.1556.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro litteris gratias agit deque discessu regis coniugis significat; expetitas
a duce litteras se scripturam esse promittit quaeritque, qua via eas
expedire debeat; Erhardum a Kunheim duci commendat.

(Germanice)

Sigill. VIII.

H B A , B 1, K.311.

N. 675.

Mscibohoviae, 18.IX.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de archiepiscopi Rigensis [Gulielmi Brandenburgensis] induciis cum Livonibus.

Sigill. VII.

(Annexa desunt)

H B A , B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem.

Nunciavit nobis per literas, quas in itinere Varseviam instituto accepimus, Illustris et Reverendissimus Dominus Archiепископus Rigensis, consobrinus noster charissimus, effectum esse Illustrium Dominorum Pomeraniae Ducum¹⁾ opera, ut et inducias cum Livonibus pactus sit, et universas ac singulas iniurias sibi illatas omnesque controversias, utrumque exortas, certis Principibus cognoscendas et iudicandas permiserit,

et apud nos se effecturum esse recoeperit, ut eas inducias ratas habeamus et arma deponamus. Quarum literarum et item earum, quibus induciarum pactio continetur, exemplum Illustritati Vestrae mittimus. Ad quas quidem propterea nihil durn respondimus, quod prius quid Illustritas Vestra respondendum esse censeat, scire cupiamus. Itaque Illustritas Vestra suam nobis ea de re sententiam perscribat. Quae bene valeat. Datum in oppido Msczybohow, die XVIII Septembris, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

a) b) *manu propria.*
1) *Barnim IX, Philippus I.*

N. 676.

Varsaviae, 7.X.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de rebus Livoniae: archiepiscopi Rigensis [Gulielmi Brandenburgensis] et
magistri Ordinis Livoniensis [Henrici de Galen].

Sigill. VII.

(Adest versio germanica)

(2 annexa: exemplum litterarum regis Poloniae ad oratores Danicos; exemplum litterarum ad regem Daniae Christianum III cum versione germ., iam ed. ex orig. in El. ad Font. Ed. IX, N. 10)

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini Charissime, salutem et prosperitatem. Quid Serenissimo Daniae Regi responderimus, ex adjunctis exemplis Illustritas Vestra cognoscet. Non abhorremus nos sane a pace et concordia, si modo honesta et certa et diurna fieri possit. Sed^{a)} vix speramus Livones (quae illorum superbia est) pacem a nobis petituros. Itaque nos omnia, quae ad bellum gerendum necessaria sunt, procurabimus et Caesareae Maiestati, quomodo se res habeat, perscribemus, tametsi ad ea non videtur directe respondendum esse, quae Livones in supplici libello, nostro nomine suppresso, de occupandis Livoniae terris comminiscuntur. Quod si eo animo fuerint, ut ad pactiones et amicos tractatus rem deduci velint, scribemus ad eos, quos in Lituania habemus, ut quemadmodum Illustritas Vestra faciendum censem, in tempore ad easdem pactiones parati instructique sint.

Neque vero Illustrissimi et Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigensis, consobrini nostri, in tractando immemores erimus, cui Magnificum Palatinum Marieburgensem addere cogitamus. Sed ex Illustritatis Vestra literis cognoscendum nobis ante est, in Livoniam ne illum, ut ibi eius consilio Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Archiepiscopus utatur, an Vilnam, ut inter pactiones et tractatus rem Illustritatis eius tanquam mandatarius agat, mitti existimet oportere. Quod autem nobis Illustritas Vestra eundem fratrem suum excusat, qui nos a pacificatione excluserit, nos quoque ipsi facile iudicavimus, quamprimum ad nos res perlata esset, non quod voluit, sed quod cogebatur, Illustritatem

eius Reverendissimam, tam in induciis paciscendis, quam in pacificatoribus nominandis, egisse. Itaque ipsa res Illustratatem eius Reverendissimam satis excusat. Cupimus Illustratatem Vestram bene valere. Datum Warszoviae, VII die mensis Octobris, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a) *in ms: Sex*

b)-c) *manu propria.*

Annexum I:

Oratoribus Serenissimi Domini Daniae Regis.

Magnifice, Strenue, Egregie, grata nobis dilecti.

Ex literis Dominationum Vestrarum intelleximus eas a Serenissimo Principe Domino Daniae Rege ad componendos hosce motus Livonicos pacemque constituendam missas esse statuereque sibi in dirimendis componendisque his controversiis omni studio atque diligentia laborandum. Qua in re non possumus christianum planeque regium Serenitatis Suae animum non magnopere probare gratumque cum primis habere. Quae ut ipsa maximo semper studio pacem in Christianitate coluerit, ita caeteris quoque Principibus authorem se praebeat, ut pax mutua conservari possit atque ut de controversiis deque iure cuiusque consilio potius quam armis disceptetur.

Quod autem Dominationes Vestrae, ex sententia Serenissimi Domini Regis sui, nos ad pacem hortantur multaque nobis ac prudenter proponunt, quam ob rem ad eam voluntatem nos incumbere conveniat, accepimus id libenter, et quidem eo animo nos semper fuisse, nihil ut pace mallemus, non obscure (ut videmur) pro nobis tulimus existimavimusque ita optime rebus communibus consultum per nos iri, si, quoad eius fieri posset, rationes comunes^{z)} concordia ac pace tueremur. Itaque quemadmodum antea Magistro Ordinique Livonico nullam armorum causam praebuimus, ita in praesentia quoque per nos accidere nolumus, quominus res conditionibus ad pacem atque concordiam adducantur, illorum etsi multae in nos iniuriae extent, quibus ad suscipiendum bellum sumus impulsi. Tamen quo paci comuni consulatur, facile eas per arbitrium decidendas permissuri sumus, si idem illi quoque sibi in animum induixerint, imprimisque Reverendissimum Dominum Archiepiscopum in libertatem pristinumque dignitatis locum restituerint, deinde nobis caeterarum iniuriarum nomine ab illis satisfiat.

His de rebus Dominationes Vestrae, explorata prospectaque Magistri atque Ordinis voluntate, tum de tempore instituendae eius tractationis, nos per literas quamprimum cerciores faciant, ut iis constitutis sententiam nostram de conditionibus pacis illis significemus. Locus porro, ad quem commode conveniri posse existemus, nullus aprior nobis Vilnensi civitate nostra videtur, quod et a finibus non procul absit, ut idoneam commeandi facultatem praebeat, et reliquas commoditates maxime suppeditare posse videatur. Quod si eorum studia ad pacem conversa intellexerimus, et salvum conductum, quo tuto Vilnam venire possint, illis mittemus, et in caeteris rebus aequos facilisve nos illis praebebimus, neque ulla in re iustis honestisve pacis condicionibus defuturi sumus.

Mandabimus quoque Consiliariis nostris, qui isthic sunt, ut de omni negotio tractent statuantque, aut nos ipsi, si per negocia Regni poterimus, eo tum venire curabimus. Datum Varszoviae, VI die Octobris 1556.

z) sic in ms.

N. 677.

Varsaviae, 28.X.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de stipendio comiti ab Eldenburg certis conditionibus assignando; de
magistri Ordinis Theutonici Livoniensiumque conatibus reprimendis;
de annua pensione duci non expectato Paschatis festo numerari iussa.
Sigill. VII.*

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem.

De aliis videmur iam Illustritati Vestrae respondisse. Nunc quod ad Comitem ab Eldenburg attinet, hoc Illustritatem Vestram scire existimamus oportere nos facile adduci, ut illi mille talerorum duorumve millium ad sumnum stipendio ad arbitrium nostrum annuatim prospecturi simus ea conditione, ut posteaquam nobis semel operam addixerit, nulla deinceps nisi consultis nobis stipendia mereatur, neque aliis operam suam addicat.

De Ordinis Theutonici Magistro¹⁾ et Livoniensibus totoque illorum apparatus aliunde etiam eadem, quae ab Illustritate Vestra subinde accipimus, quapropter in Comitiis istis Regni (quae vel ea maxime de causa indicta sunt) id curaturi sumus, ut certa quepiam reprimendorum et propulsandorum eorum, quos ipsi pre se ferunt et minantur, conatum publice ratio ineatur. Periculorum evitandorum, quae sibi homines nostri, qui in Prussia sunt, a mercenario Illustritatis Vestrae milite metuant, duas rationes Senatores quidam nostri Prutenici proponunt: alteram quidem, ut ne turmatim dimittantur, alteram autem ut pars stipendi per Illustritatem Vestram retineatur, donec miles ad Prussiae fines decedens perveniat, ibique si quid in itinere damni cuiquam dedisse convictus fuerit, de illa reliqua stipendi parte sarciatur. Quae quidem rationes etsi nobis quoque non incommode videantur, tamen hortamur Illustritatem Vestram, ut sententiam quoque suam nobis perscribat.

Quatuor millia florenorum, quae Illustritati Vestrae annua ad sacros Paschatis dies de nostro numerantur, iussimus non expectato Paschate Thesaurarium nostrum Illustritati Vestrae (uti a nobis petiit) ad diem Circumcisionis Domini representare. Idque ita factum iri non dubitamus, nisi tum forte prompta pecunia defuerit. Quae bene valeat. Datum Warschoviae, die XXVIII mensis Octobris, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

1) Henricus de Galen.

Vilnae, 2.XI.1556.

Catharina regina Poloniae

Stanislao Hosio, episcopo Varmiensi,

*Bernardum Pohibel, servitorem Gabrielis Tarlo, magistri curiae suaे,
commendat.*

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.311.

Dem erwirdigen unserm lieben andechtigen hern Stanislao, der kirchen zu Ermelandt byschoffen.

Von Gots gnaden Katharina konnigyn zu Poln, grosfurstyn yn Littawen, Reussen, Preusen und Masau etc. ertzhertzogyn zu Osterraich etc. Erwirdiger und andechtiger besonder lieber.

Wir kunnen Eur Erwirdt genediglich nicht pergen, das der edle und gestrenge unser hoffmeyster und lieber getreuer her^{a)} Gabriel Tarlo, castellan zum Radom und hauptmann auf Chelm, uns undertheniglich hot zu erkennen geben, wie das er in etzlichen hendeln und gescheften bey Eur Erwirden anzuhalten und zu thuen und derwegen kegenwertigen zegern, seynen diener Bernt Pohilbell, dieselbe geschefte etc. Eur Erwirden dinstlich vorzutragen und anzuzeigen, von hynnen abgefertigt, uns um unsre gnedigste fürschrift an Eur Erwirden gnediglichen mitzutheilen undertheniglich angelangt und gebeten, welche wir obgedochtem unserm hoffmaister und lieben getreuen in^{b)} ansehung seyner vielfeltigen dienst und gudwilligkeit, dardurch wir ime mit allen gnaden sonderlich gewogen und zugethan fuglicher weysses nit haben abzuschlagen wissen; und ist derwegen an Eur Erwirden unser genedigst synnen und begeren, die selbe wolthen sich um unserntwillen gedachten hern hoffmeyster in itzigen sainen hendeln gunstiglichen neben guter beforderunge lossen befolen sein. Doryn wir zu befinden, das diese unsre gethone genedige furbiedt bey Eur Erwirden von stadt und mit frucht abgangen sey, sich auch unser hoffmeyster derselben zu frewen und erspriesslich empfinden moge. Solchs geraicht uns zu gnedigstem gefallen und seindt solchs hynwidderumb in allen genoden zu erkennen geneigt, die wir hiemit gotlichen schutz und schirm thun befelen. Datum Wilde, den 2. Novembern 1556.

Catharina kinigin zu Polen.

a) vel Ew?

b) ex alio verbo correctum.

Vilnae, 9.XI.1556.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro avibus sibi missis gratias agit; caseum Parmensem dono mittit.
(Germanice)*

Sigill. XIII minus.

H B A, B 1, K.311.

N. 680.

Varsaviae, 5.XII.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
se duce suadente ad Achatium Czema scripsisse.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem.

Quamprimum acceptis Illustritatis Vestrae literis, ad Magnificum Achacium Czema, Palatinum Marieburgensem, Stumensem Mevensemque Capitaneum, scripsimus idque ei negotii dedimus, ut, si quae se offerat pacificationis inter Illustrem Reverendissimumque Dominum Archiepiscopum Rigensem¹⁾ et Ordinem Livoniae occasio, paratus sit curandaeque et perficiendae causa ad locum constitutum proficiscatur et partes Reverendissimi ac Illustrissimi Domini Archiepiscopi nomine nostro tueatur. Illustritas Vestra bene valeat. Datum Varschoviae, die V Decembris, anno Domini MDLVI, Regni vero nostri anno XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

N. 681.

Varsaviae, 8.XII.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de bello contra Livones parato; de milite mercenario a duce nondum
dimisso; de annuo stipendio duci persolvendo.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime, salutem et prosperitatem.

Accepimus literas Illustritatis Vestrae, ex quibus cum caetera, tum hoc quoque accepimus Livones in comparandis contra nos copiis etiamnum persistere. Sed nos quoque ita omnes rationes nostras constituere pergimus, ut ne quid eorum nobis desit, quae ad ulciscendam iniuriam et bellum hosti inferendum necessaria videantur. Ad Serenissimum Dominum Romanorum Regem¹⁾ et nonnullos Germaniae Principes de iniustis et temerariis Livonum conatibus iam scripsimus et denuo ita scripturi

sumus, ut Illustrati Vestrae videri intelleximus. Caeterum ad Caesaream Maiestatem ut scribamus, opus esse non arbitramur, quippe quae vel curandae valetudinis causa, vel quod illam laborum et molestiarum pertaesum sit, tanquam in solitudinem et quietem secessisse dicatur.

Consilium Illustritatis Vestrae, quae mercenarium militem neendum dimiserit, quod neque pax facta neque ad bellum ventum sit, ita non improbamus, ut nisi nos quoque eiusdem belli onera sustinere necesse haberemus, sumptum et ipsi in eum militem, ut diutius ali posset, facturi fuerimus. Sed quoniam nobis ipsis ad id bellum sustinendum grandi pecuniae summa opus fore videmus, ita ut facere poterimus, benevolentiam in hac parte nostram Illustritati Vestrae declaraturi sumus. Cuius quidem militis dimittendi rationem, quam arbitretur esse tutissimam, quod nobis Illustritas Vestra perscrisperit, est nobis sane gratum. Itaque collato cum Regni nostri Prussiaeque Senatoribus consilio, Illustritati Vestrae nostram de illa sententiam perscribemus. Quatuor millia florenorum, quae ad sacros Paschatis dies Illustritati Vestrae quotannis de nostro numerari solent, Generosus Ioannes Kostka de Stemberk, Castellanus Gedanensis et terrarum nostrarum Prussiae Thezaurarius, ad diem Circumcisionis Christi in promptu fore nobis significavit. Qui tametsi hisce diebus ad nos iussu nostro venturus sit, tamen id negotii suis dare iubebitur, ut etiam absente illo Illustritati Vestrae ea pecuniae summa numeretur. Cupimus Illustritatem Vestram bene valere. Datum Warszoviae, die Conceptionis Virginis Mariae, anno Domini MDLVI, Regni nostri XXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Ferdinandus I.*

N. 682.

Varsaviae, 20.XII.1556.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
Bartholomaeum a Scherpen (Sherpen) commendat.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.311.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem.

Bartholomaeum a Sherpen, quem nobis nonnulli Senatores nostri commendarunt, Illustritati Vestrae commendamus atque ab illa petimus, ut quod non malitia, sed communi hominum vicio in Illustritatis Vestrae sanctiones peccaverat,^{z)} quandoquidem eandem illam, quae se contra leges abduci passa est, uxorem duxerit, nostra causa homini alias, ut audimus, prob^o^{a)} condonare velit, utque eum, si non in ditione sua esse, saltem id, quod istic vel suum proprium vel uxoris habet, libere vendere pa-

tiatur. Rem nobis gratam factura. Quae bene valeat. Datum Varsseviae,
XX Decembris, anno Domini MDLVI, Regni nostri anno XXVII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{c)}

a) in ms. probi vel probe

b)-c) manu propria.

z) sic in ms.

N. 683.

Varsaviae, 24.XII.1556.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Matthia Wołyniec (in ms. Voliniecz), cive Posnaniensi.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
HBA, B 1, K.311.

N. 684.

Varsaviae, 16.I.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ut dux portus omnes ditionis suae custodiendos curet, ne ullum frumenti
aut mercium genus istinc per mare evehatur.
Sigill. VIII.
HBA, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Affinis noster Charissime.
Postulantibus hoc nostris et Reipublicae nostrae rationibus, ut frumentum et res quaecunque aliae e Regno ditionibus nostris non evehantur, neque naves aliquae emittantur, hortamur Illustritatem Vestram atque ab illa postulamus, ut portus omnes et loca ditionis suae, e quibus navigatio suscipi solet, sic custodiri curet, nullum ut frumenti aut mercium genus istinc per mare eferatur, ac ne navigia quidem aliqua, etiam vacua, sive nostrorum hominum sive externorum fuerint, vela dare ventis e portuque solvere permittat tamdiu, donec successu temporis eaedem ^{a)} rationes nostrae et Reipublicae commoda aliud nobis suaserint admittere et concedere. Fecerit nobis rem gratam et Reipublicae nostrae imprimis commodam. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varssoviae, XVI Ianuarii, anno Domini MDLVI, Regni vero nostri XXVII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{c)}

a) in ms. aeudem

b)-c) manu propria.

Vilnae, 20.II.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Assuero Brandt ad ducem redeunte.*

Sigill. VII.

(*4 annexa: responsum Assuero Brandt datum; exemplum litterarum regis Ferdinandi I de die 1.X.1556; exemplum litterarum Sigismundi Augusti ad regem Ferdinandum; exemplum litterarum regis Ferdinandi ad Sigismundum Augustum de die 8.I.1557*)

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini Charissime.

Quid Generoso Aswero Brandt, Illustritatis Vestrae Oratori, ad legationem eius responderimus, id ex eodem ipso Illustritas Vestra cognoscet. Cui ut fidem Illustritas Vestra habeat indubiam, postulamus. Cuius nos amori commendamus. Datum Vilnae, die XX Februarii, anno Domini MDLVI, Regni vero nostri anno XXVIII.

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{b)}*

^{a)-b)} *manu propria.*

Annexum I:

Ad ea, quae Illustris Dominus in Prussia Dux per Generosum Dominum Assuerum Brand, Nuncium suum, Sacrae Regiae Maiestati significavit, Regia Maiestas in eam sententiam respondere mandavit:

Ac principio adventu Domini Oratoris Illustris Domini Ducis non modo offensa non est Sacra Regia Maiestas, ut etiam valde oportune missum esse ab Illustritate eius existimet, et nisi is venisset, suum Sacra eius Maiestas Legatum ad Illustritatem illius missura erat, per quem ad ea, quae ex legatione Varsoviensi Vilnam reiecerat, respondisset et de rebus, quae in negotio hoc Livonico post discessum Varsovia Domini Oratoris inciderunt, Illustritatem eius certiorem faceret.

Responsum, Legatis Serenissimi Domini Daniae Regis¹⁾ a Sacra Regia Maiestate datum, probari Illustri Domino Duci non potest non esse gratum Sacrae Maiestati eius. Etsi autem maluisset, ne Illustris Dominus Dux suos in Livoniam hoc tempore ablegasset, tamen accipit excusationem Illustritatis illius, cum sibi certo persuadeat Illustritatem eius sincero et candido animo omnia agere, mittendorumque Legatorum in Livonię, qui fratri Illustrati²⁾ illius adessent, iustum causam habuisse.

Quod autem Illustri Domino Duci videtur, si Livones nollent cum Reverendissimo Domino Archiepiscopo²⁾ transigere, nisi prius cum Sacra Maiestate Regia controversias suas et dissidii causas composuerint, ut Sacra eius Regia Maiestas id ne recuset, etsi deliberatum erat Sacrae Regiae Maiestati praestare²⁾ omnino in suscepta semel sententia, neque ut quicquam prius secum agatur permettere, quam Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Rigensis libertate, dignitate, loco bonisque omnibus,

sive transactione sive armis restitutus esset, tamen cum existimet Illustrem Dominum Ducem prudentius secum expendisse, quid fratri illius expedit, patietur Sacra Regia Maiestas causam suam cum Reverendissimi Domini Archiepiscopi ac Illustris Domini Ducis causa coniunctim tractari. Nihilominus tamen Sacra Maiestas eius arma parabit, ut, si res tractatibus non procedat, bellum geratur, quod et Serenissimi Domini Daniae Regis Oratores, qui ad Maiestatem illius ex Livonia venturos se scribunt, a Sacra Regia Maiestate petunt. Valde autem probat Sacra illius Regia Maiestas, quod Illustris Dominus Dux sub eo tempore, quo Legati Danici Vilnam ad Sacram Regiam Maiestatem venturi sunt, Ragnetam se conferre statuit, ut ex propinquo consiliis Illustritatis illius Maiestas eius uti possit. Cuius rei causa etiam Dominum Palatinum Mariemburgensem Vilnam ad se accersit.

Facile intelligit Sacra Regia Maiestas Illustrum Dominum Ducem ingentes sumptus fecisse atque etiam nunc facere in alendum militem, sed Illustritas quoque eius plane perspicere potest Maiestatem eius Sacram et fecisse iam magnum sumptum et multo maximum facturam esse, si bellum gerendum erit. Nam praeter alios sumptus in apparatum bellicum commeatumque parandum, omnibus copiis trimestre stipendum integre exolvit, trimestre etiam, sive bellum geratur sive non, solvere pollicita. Tamen ne deesse omnino Illustri Domino Duci videatur, viginti duo aureorum millia Marienburgi numerari Illustritati eius iussit. Octo autem apud Magnificum Palatinum Mariemburgensem intercessura, ita ut integra triginta milium summa constituantur. Quod si Sacrae Regiae Maiestati ex his locis, in quibus promissa est, peccunia adferatur, addet adhuc quantum fieri poterit, speratque Illustrum Dominum Dux, consyderatis Maiestatis Regiae difficultatibus, et quod bellum hoc non sua, sed Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigensis causa suscipiat, in eo, quod a Sacra illius Regia Maiestate offertur, aquieturam atque grato animo accepturam esse. Hortatur autem Illustritatem eius, ut, si aliquas rationes conquirendae peccuniae mutuo teneat, eas cum Sacra Maiestate Regia communicet.

De loco conveniendi exercitus deque tempore significabit postea Sacra Maiestas Regia Illustri Domino Duci. Nunc tantum certiorem Illustritatem eius facere vult iustissimis causis adductam duabus hebdomadis expeditionis tempus prorogasse.

Serenissimo Domino Romanorum Regi explicavit iam antea Sacra Maiestas Regia statum causae istius Livonicae perscrispitque causas, quibus adducta arma sumere coacta est. Sed nunc quoque ipsum factura est, cum a Maiestate illius hac ipsa de re literas nunc acceperit. Scribet et ad alios Principes (quamvis iam ad quosdam scripserit), ubi nulla spes pacis ex tractatibus apparebit.

Domini Marschalci Livoniae³⁾ opera utetur Sacra Maiestas Regia, ac quantum poterit, rationes eius adiuvare studebit, cum ad tractatus ventum erit. Quo si res armis geretur atque Dominus Deus pro sua clemencia foelices successus dederit, restituendi illius expeditor erit ratio.

Commeatus copia ut sit, laborat diligenter Sacra eius Regia Maiestas, ac quantum potest, ut eius copia sit, providet. Copiis quoque Illustris Domini Ducis, qua transiturae sunt, ut suppeditetur, datura est operam. Equitum numerus non videtur nunc augendus esse Maiestati Regiae. Tamen si opus fuerit, ne hoc quidem difficile futurum est.

Frumenti exportationem severe interdixit Maiestas Regia curatura que diligenter est, ne omnino exportetur. Quominus autem ex ditione

Illustrum Dominorum Ducum Pomeraniae exportetur, id Sacra Regia Maiestas quomodo prohibeat, non videt. Existimat tamen Sacra Regia Maiestas posse hoc Illustrum Dominum Ducem pro coniunctione sanguinis ab Illustratibus illarum impetrare, ut ipsi quoque suis exportationem eiusmodi interdican.

Illustri Domino Megapoliensi Duci quid sit expectandum a Sacra Regia Maiestate, hoc tempore plane Maiestas eius non videt. Non trahit Illustritatem eius Sacra Maiestas Regia ad belli huius societatem, neque vicissim prohibet, quominus Illustritas eius sese adiungat. Ipsa facile perspicit rationem officii sui, quid fratri debeat et quid praestare possit. Unum tamen Sacra Maiestas Regia ab Illustritate eius requirit, ut Illustritas eius Illustrum Dominum Ducem in Prussia certiore redat, quid hostes in Germania molientur.

Naves ut instruantur, curabit diligenter Sacra Maiestas Regia. Quia in re non amplius ab Illustritate eius exigit, quam quod praestare poterit.

e) sic in ms.

1) Christianus III.

2) Gutiernus Brandenburgensis.

8) *Christophorus von dem Neuenhofe* (Nienhause) "von der Ley" appellatus.

Annexum II:

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Boemiae, Dalmatiae, Croaciae, Sclavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., Marchio Moraviae etc., Comes Tyrolis etc., Serenissimo Principi Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, ac Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaque etc. Domino et Haeredi, filio et consanguineo nostro charissimo, salutem ac paterni amoris omnisque felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Fili et Consanguinee noster Charissime.

Redditae nobis fuerunt literae Serenitatis Vestrae, ad diem sextam mensis Septembris datae, quibus nimur respondit ad nostras, quas proxime ad Serenitatem Vestram super negocio Livonico dederamus. Intelleximusque ex iis illibenter sane ea omnia, quae Serenitas Vestra ea de re ad nos perferri voluit. Cum enim vidamus negotium hoc non solum non posse iis modis et rationibus finiri, quibus nos maxime omnium sperabamus optabamusque, verum etiam ad ulteriores dissensiones latius utrinque procedi, et indies magis magisque patifiri aditum ad graviores contentiones et dissidia, id ipsum certe pro eo ac debemus non abs re multis de causis molestissimo animo accipimus, quandoquidem ex istiusmodi dissidiis et alienationibus animorum prospicimus tum Serenitati Vestrae, quam uti filium charissimum Regemque multis necessitudinum vinculis nobis coniunctissimum singulari benevolentia prosequimur, et ipsi quoque Magistro et Ordini Livonico multas et graves curas atque molestias impendere, tum salutem et Christianae Reipublicae et quietem publicam turbari atque in discrimen vocari.

Quia neminem esse putamus, qui non videat ex intestinis hisce bellis et christianorum Principum discordiis vires christiani nominis hostium supra modum quotidie augeri, nostras vero debilitari, atque adeo maximas hinc populis christianis invehi calamitates, his praesertim afflictis rebus et perturbatis temporibus. Quam quidem ob rem singulari studio desideravimus, ut dissensionibus illis per viam amice tractationis compositis atque sublatis, inter Serenitatem Vestram et dictum Venerabilem

Magnum Magistrum Livonicum¹⁾ atque eius Ordinem concordia et pax conservaretur. Propensique eciam fuimus, una cum Illustri Duce Iuliacensi et Clivensi Principe et filio nostro charissimo, hanc causam ad nos suscipere eaque remedia huic malo adferre, que omnem controversiarum et armorum materiam penitus tollerent. Nec dubitamus, si salutares et pii nostri dictique Illustris filii nostri conatus et opera eum cursum atque exitum obtinuerint, quem et nos sperabamus et Christianae Reipublicae necessitas postulare videtur, quin tales condiciones et viae sese obtulissent, per quas divina benignitate facile istiusmodi turbis et incommodis praesentaneum et efficax aliquod remedium adhiberi potuisset.

De nobis ipsis sane et praefato filio nostro Duce Iuliacensi²⁾ hoc ingenue Serenitati Vestrae polliceri possumus nostram ad hanc rem perficiendam voluntatem, operam et curam non defuisse hucusque, neque posthac, si rei recte gerende leta aliqua spes affulserit, defuturam. Proinde cum superioribus diebus a Commissariis nostris, quos Ratisponae in Comiciis Imperialibus habemus, certiores redditi fuerimus non solum praefatum Venerabilem Livoniae Magnum Magistrum Ordinemque eius, sed eciam Illustrum Ioachimum Electorem Brandenburgensem, una et ipsius fratrem, Marchionem Ioannem, detulisse omnem hanc controversiam ad Status et Ordines Imperii, praefatis Commissariis nostris iniunxeramus, ut, quoad eius fieri posset, omni cura, studio et diligentia id negotiū apud praedictos Status atque Ordines Imperii nostro loco et nomine promoverent iuvarentque, easque omnes vias et rationes inirent, que ad tuendam et conservandam ultro citroque tranquillitatem et concordiam pertinerent. Id quod nunc, intellecta Serenitatis Vestrae mente atque responso, maiori quoque studio et diligentia curaturi sumus, dabimusque sedulam operam, ut collato cum coeteris Sacri Romani Imperii Ordinibus consilio atque suffragio nostro, honestum, iustum et aequum aliquem modum et viam reperiamus, qua et Venerabili Archiepiscopo Rigensi satisfiat et nulla iusta querulandi causa relinquatur, et ipsi quoque Serenitati Vestrae cum sepe dicto Magno Magistro et Ordine Livoniense in graciam et concordiam redeundi honesta occasio prebeatur, atque adeo omnis denique bellorum suscipiendorum origo et fomes obstruatur, nullumque hinc detrimentum ad Christianam Rempublicam pervenire possit.

Quo si Dei ope deuentum fuerit, confidimus Serenitatem Vestram, uti Regem pium, christianum et a profundendo sanguine christianorum alienum, uti literae eius praeclararunt nobis spem foecerunt, pacis et concordiae studium pro sua quoque parte non neglecturam aut contempturam esse. Prout et alteram partem in officio fore persuassimum habemus. Id si foecerit Serenitas Vestra, sicuti eam pro sua pietate facturam plane creditimus, et Deo Optimo Maximo acceptissimum futurum est et Serenitatis Vestrae christiano et laudatissimo ingenio maxime consentaneum, nobisque in primis gratum, sic ut iam nunc libenter profiteamur eius nos rei non immemores futuros, sed Serenitati Vestrae id offici data occasione eciam re ipsa et paterno nostro amore affatim relatueros. Quam recte valere optamus. Datum in civitate nostra Vienna, die prima mensis Octobris, anno Domini MDLVI, Regnorum nostrorum Romani XXVI, aliorum vero XXX.

Ferdinandus.

1) *Henricus de Galen.*

2) *Gulielmus (uxor eius erat Maria Austria-ca, filia Ferdinandi I).*

Annexum III:

Exemplum literarum ad Serenissimum Dominum Romanorum Regem in negotio Livonico a Maiestate Regia scriptarum.

Serenissime Princeps etc.

Ex literis Maiestatis Vestrae, quas nobis Generosus Casparus Pechius, Orator Maiestatis Vestrae, reddidit, intelleximus Maiestatem Vestram a nobis responsum expectasse ad suas literas, quas de Livonicis motibus ad nos scripserat. Porro non meminimus ulla nos alias ea de re a Maiestate Vestra habuisse, preterquam eas, quibus prima die mensis Octobris anni superioris scriptis Maiestas Vestra ad nostras respondit. In quibus cum Maiestas Vestra scripsisset²⁾ daturam se esse in Conventu Ratisbonensi operam, ut eae controversiae, quae istos motus excitarunt, componerentur atque ut et Reverendissimo Domino Archiepiscopo et nobis satisficeret, omnesque belli causae ita pacarentur, ut nullus cuiquam conquerendi locus foret, expectandum nobis statueramus, quoad quid effectum a Maiestate Vestra esset, certiores ab illa fieremus.

Quod autem Maiestas Vestra nos hortatur, ut neutri parti subsidium praestemus ac ne nos immisceremus hisce bellicis motibus, sed potius ut componerentur dirimerentur amicabili aliqua ratione, iuvemus ac promoveamus, etsi summa semper Maiestatis Vestrae autoritas apud nos existit, libenterque in monitis ac consiliis Maiestatis Vestrae pro observantibus filii officio acquiescere soleamus, atque etiam maiorum nostrorum cum Sacro Romano Imperio Ordinibusque illius constitutam amicitiam summo studio collamus, neque vellemus profectam videri a nobis ullam eius violandae occasionem, tamen cum Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi adesse multis nominibus tenemur atque (ut interim nostras cum eis controversias finium iniuriarumque finitimarum atque inhumanae crudelitatis in subditos nostros iam taceamus) cum ex praesenti illius causa ea quoque, quae ad nos pertineret, enata sit, non videmus quae nobis ratio esse possit, ut integra dignitate nostra vel deserere illum, vel pacificatoris partes suscipere possimus, praesertim cum id nobis ab initio conantibus, temeritate Livonum non modo non licitum fuerit, sed etiam graves eorum ac non ferenda iniuria, ne dicamus contumeliae, in nos extiterint.

Quibus de rebus etsi iam antea Maiestati Vestrae exposuerimus, tamen iterum repetendum putavimus, quo clarius Maiestati Vestrae constare possit nullam a nobis profectam esse causam, quae Christianitatis pacem perturbaret, contra vero iustas nobis armorum causas ab Ordine praestitas esse. Cum enim primum (ut rem omnem ab initio explicemus) Ordo Livonicus, accitus per Archiepiscopum Rigensem, in ea loca venisset sedesque illi attributae essent, atque paulo post gravior Archiepiscopis esse cepisset, quam ut viribus suis eorum iniurias propulsare possent, maiorum nostrorum, Magnorum Ducum Lituaniae, protectioni Ecclesia atque Archiepiscopatus ille commendatus extitit, in qua continuatis temporibus semper permansit. Cumque tempore quodam ab Ordine per vim occupatus prope annis quadraginta teneretur, maiorum nostrorum auxilio dignitati libertatique pristinae restitutus fuit, atque etiam superioribus annis, cum Magister principem sibi in Livonia locum vendicaret, Divorum Alexandri patrui, deinde Sigismundi, parentis nostri, Regum autoritae²⁾ ius Archiepiscopi deffensum est.

In qua quidem propugnatione eius suscipienda maiores nostri cum fidem protectionis sequuti fuerunt, tum in primis habuerunt propositam

totius eius regionis salutem. Videbant enim, ipsis inter se domestico bello conflictantibus, perpetuo ac praepotenti illorum hosti occasionem ad eos opprimendos preberi. Quod si accidisset, aliquod etiam finibus suis periculum ex eius vicinitate imminere intelligebant. Itaque illorum hac propugnatione Archiepiscopatus, cum status ipsius est conservatus, tum universae provinciae illius tranquillitas. Superiore vero anno, cum Reverendissimus Dominus Archiepiscopus instituisset sibi coadiutorem Archiepiscopatus cooptare Illustrum Dominum Christopherum, Mekelburgiae Ducem, egimus apud Magistrum atque Ordinem, ut assensum illi suum praestarent, cum in eo nihil adversus illorum ius fieri intelligeremus sciremusque ea de re Maiestatem Vestram quoque ad eum scripsisse, atque etiam antea Reverendissimum Dominum Archiepiscopum eadem via in illum dignitatis locum venisse.

Qua coadiutoriae causa tractanda multae Reverendissimo Domino Archiepiscopo conditiones, partim impossibiles, partim non ferenda, a Magistro propositae fuerunt. In quibus illa, ut, si assensum Ordinis obtinere vellet, efficeret, ut nos illis remitteremus ius nostrum finium, de quibus controversia nobis cum illis esset, quasi vero tantum nostra intersit, qui Archiepiscopatum Rigensem obtineat, ut id finium nostrorum iactura redimendum nobis putaremus. Paulo post vero missi a Magistro nonnulli in Germaniam fuerunt, qui milites conscriberent, pararent copias atque eas mari in Livoniam traicerent. Quae cum Reverendissimus Dominus Archiepiscopus adversus se institui comperisset, misit ad nos qui nobis hisce de rebus exponerent orarentque, ut et pro iure protectionis et pro necessitudine sanguinis adversus iniustam vim, quae in se pararetur, auxilio sibi essemus.

Quo quidem tempore et si eam rationem officii nostri ducebamus, ut intelligeremus opem auxiliumque nostrum Reverendissimo Domino Archiepiscopo deesse non debere, tamen non suspiciati, ut, cum nulla illis esset armorum causa data, temere illaturi ea essent. Missimus ad utrumque Legatos nostros, qui agerent, ut si ularum rerum controversiae illis intercederent, de illis disceptarent aut arbitrio eorum, quo²⁾ sibi sumendos putaverint, nostramque operam illis eam ad rem detuleramus, aut ordinario Sanctae Sedis Apostolicae vel Catholicae Caesareae Maiestatis iuditio armorum quidem contentionem maxime exitiosam rebus suis existimarent, neque veniendum ad eam sibi esse statuerent.

Quae legatio nostra, communibus utrinque rationibus commoda ac salutaris, ita a Livonibus accepta est, ut eum quidem Legatum, quem al illos miseramus, sine ullo certo responso dimiserint. Qui vero Reverendissimum Dominum Archiepiscopum adierat, ab hominibus eorum, adversus gentium foederumque ius, quo liberam communibus Legatis comeandi potestatem esse oportuit, interceptus atque cum aliis ex comitatu suo sex octisis²⁾ nepharie²⁾ est, ipsis id vel iubentibus, vel certe facinus eorum probantibus. Id quod facile intelligi potest, cum non modo nullis suppliciis in eos, quos cedem fecisse constabat, animadverteretur, sed etiam qui ex comitatu eius Legati nostri superfuerant, cum instrunctionibus literisque nostris ac rebus suis ab eis hactenus retineantur. Inde confestim ab eis bellum est coptum, obcessus Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Rigensis tandem ad deditiōnē compulsus, mox omnis Archiepiscopatus in potestatem eorum redactus.

Hec dum gererentur, neque exploratum nobis esset, quatenus arma eorum temeritatae²⁾ suscepta progressura essent, nostros quoque homines armatos ad fines adesse iussimus, ut, si impetum facere conarentur,

praesidio illis essent. Venerant eodem tempore ad nos illorum Legati, qui ea, quae adversus Reverendissimum Dominum Archiepiscopum gesta fuerant, excusare conabantur, quive purgabant facinus gentium foederumque iuris in Legatum nostrum violati, sed tantum abest, ut quicquam, quod ad instituendam pacem pertinuissest, ab illis acciperetur, ut per id tempus foederis homines nostros, ipsius iussu secutos ac mercaturas usitatas libere exercentes, interceptos rebus fortunisque eorum spoliarent. Interim tamen et si multis in rebus foedera violata ab eis essent, et Legatos eorum libere dimisimus et nihil, quod hostile videri possit, egimus, praeterquam quod hominibus nostris interdiximus, ne ulla sibi cum eis commercia communia facerent, atque pulsum ab eis per iniuriam Marschalcum Ordinis, ad nos supplicem venientem, recepimus, regium esse ducentes iniquitatae²⁾ fortunae perculsis, aut malevolentia invidorum de statu deiectis, ope atque munificentia subvenire.

Cum autem illi nedium nullum offensionum finem faciant, deque iis sartiendis nihil cogitent, sed etiam novas identidem accumulent, nosque et privatum apud Germaniae Principes et publicae²⁾ in Conventu Imperii, quemadmodum ad nos perfertur, criminari non desinant, non existimamus conniveri a nobis diutius posse, et Reverendissimi Domini Archiepiscopi, consobrini clientisque nostri, indignam captivitatem et Archiepiscopatus contra fas occupationem, et nostras veteres recentesque offensiones. Etsi autem ex literis Maiestatis Vestrae intellectimus datum esse nonnullis ex Conventu Imperii negocium, ut eas controversias, quae inter Reverendissimum Dominum Archiepiscopum atque Magistrum Ordinis sunt, componerent, tamen cum neque Maiestas Vestra nobis qui illi essent perscriperit, neque aliquid committi de nostra, quam cum Livonibus habemus, causa preter voluntatem nostram potuerit, non putamus iuste reprehensurum quemquam esse, si nos rem nostram agamus atque, si alter non poterimus, armis ius nostrum persequamur. Deum autem testamur, qui consilia animosque omnium perspicit, nos et semper a profundendo christiano sanguine⁴⁾ abhorruisse, et nunc abhorrire, invitatosque in eam necessitatem deduci, ac propterea, tametsi et a nobis et ab iis, a quibus propugnatio Reverendissimi Domini Archiepiscopi suscepta est, multi ea causa sumptus facti iam sint, tamen ne nunc quidem conditiones pacis per nos sperni, si Reverendissimo Domino Archiepiscopo in pristinum dignitatis libertatisque locum restituto, conditiones item ab ipsis accipiantur offensionum nostrarum, quemadmodum et aequitatis et dignitatis nostrae ratio postulat, sartiendarum.

Quam ob causam non gravatim sumus Serenissimo Domino Daniae Regi assensi, ut per Legatos suos componendae pacis rationes tentaret, ut omnes intelligent nos et pacis causa arma sumere, et ea honesta parta, quin arma deponeremus, non recusare. Quod si Livones in temeritatae²⁾ sua persisterint, non dubitamus, quin omnes existimatūti sunt nequaquam vel officio nostro vel dignitati convenire, ut illorum et in Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, tot nominibus nobis coniunctum, iniurias et in nos graves multasque offensiones diutius sustineamus. Speramus autem in Dei Optimi Maximi benigntatae²⁾ opem atque auxilium illius armis iustis atque ad propulsandas inimicorum in nos nostrosque iniurias a nobis susceptis adfuturum. De Maiestate Vestra autem nobis pollicemur illam causam nostram in sumendis hisce armis non modo probaturam esse, sed etiam pro paterna necessitudine iniurias, quas ex importunitatae²⁾ illorum sustinemus, graviter laturam atque non solum non adiuncturam illis adversus nos auxilium suum, sed etiam si^{a)} quo-

rum auxilia illis parari senserit, daturam esse operam, ut iis adversus nos uti nequeant. Vicissim vero Maiestas Vestra a nobis expectabit omnia officia, quae ab observante filio multisque causis necessitudinis iam a maioribus nostris institutae coniuncto proficisci poterunt. Tandem nos amori paterno Maiestatis Vestrae commendamus eandemque diu foelicem valere precamur.

a) *hoc verbum supra lineam scriptum est.*

z) *sic in ms.*

Annexum IV:

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae,^{z)} Dalmaciae, Croatiae, Sclavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., Comes Thirolis etc., Serenissimo Principi Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, ac Russiae. Prussiae, Mazoviae Samogithiaeque etc. Domino ac Haeredi, filio et consanguineo nostro charissimo, salutem ac paterni amoris omnisque felicitatis continuum et perpetuum incrementum.

Serenissime Princeps, Fili et Consanguinee noster Charissime.

Dederamus alias ad Serenitatem Vestram literas, quibus illam amice et paterne hortabamur, ut ne dum se a bellicis motibus inter Venerabiles Archiepiscopum Rigensem et Magistrum Livoniae eiusque Ordinem excitatis abstineret, verum etiam pro sua erga Rempublicam Christianam benevolentia et studio omnem navaret operam, ut positis armis inter dictos nostri et Sacri Romani Imperii Principes honestis aliquibus mediis et conditionibus transigeretur, adeoque christiani sanguinis effusio^{z)} praecaveri et tanto validiora arma in christiana nostrae religionis perpetuos hostes, Thurcas, converti possent, quanto firmior domi pax et concordia conservaretur.

Verum ad eiusmodi literas nostras nullum adhuc a Serenitate Vestra optatum responsum accepimus. Quin etiam cum iam hoc ad Comitia Imperialia venimus, perlatum est ad nos et huius Sacri Imperii Status et Ordines, quod licet amicabiliter inter dictas partes tractatum sit, tamen praeter spem evenerit, quod nec concordia nec etiam induciae secutae et ad effectum perductae sint, facturosque nos opere precium, si Serenitatem Vestram denuo hortaremur et requireremus, ut neutri partium se adiungere, sed potius pro componenda dicta controversia mediatorem se exhibere dignaretur. Habita itaque in hoc Imperiali Conventu desuper cum Statibus et Ordinibus Imperii matura deliberatione, visum est nobis de eorundem Statuum et Ordinum consilio et consensu certos Commissarios pro componendis dictarum partium controversiis deputare, qui primum omnium current arma suspendi, ac postea omnem eorum contentionem amicabili compositione sopiri, vel saltem in certos arbitros compromitti, aut, si ne hoc quidem obtineri posset, totam causam non vi et armis, sed debito iuris ordine, secundum Sacri Imperii constitutiones, diffiniri et determininari, Vestramque insuper Serenitatem per nos requiri debere, ut neutri parti subsidium praestet, sed pro sua erga Christianitatem et praecipue hoc Sacrum Imperium favore et benevolentia, tanquam christianus et pacificus Rex, se istis bellicis motibus minime immisceat, sed eosdem componi et amicabili compositione tolli authoritate sua regia iuvet et promoveat.

Proinde cum Serenitas Vestra pro sua prudentia facile intelligat,

quam parum deceat christianos Principes, posthabito vinculo pacis et concordiae, mutuis armis semet ipsos persecui et interim saevissimis christiani nominis perpetuis inimicis permittere, ut vicinas christianorum provincias et Regna longe lateque ferro et igne vastent suaeque tyrannidis iugo subiificant. Idcirco eandem Serenitatem Vestram denuo pro ea, quae inter nos tot foederum, consanguinitatis affinitatisque vinculis corroborata intercedit amicitia, diligenter et paterne hortamur, ut tam pro sua erga nos filiali observantia bonaeque vicinitatis iure, quo ipsa non minus quam maiores eius foelicis recordationis, Reges Poloniae, erga hoc Sacrum Romanum Imperium hactenus usa est, animum suum a memoratis bellicis motibus ad pacem convertat eandemque non solum pro sua parte firmiter observet, verum et dictos Principes, inter quos pernitiosum bellum hoc exarsit, ad suspensionem armorum amplectendamque amicabilem compositionem, vel ut ordinarii iuris decisioni controversiam eorum subiificant, moneat et cohortetur.

In quo quidem Serenitas Vestra rem Omnipotenti Deo (cui suorum mutua concordia et dilectio sumnopere placet) acceptissimam nobisque et huius Sacri Imperii Ordinibus gratissimam, totique Reipublicae Christianae, praesertim hoc tempore, valde commodam est factura. Quam diutissime optime valere optamus. Datum in nostra et Imperii civitate Ratispona, die VIII mensis Ianuarii, anno Domini MDLVII, Regnorum nostrorum Romani XXVII, aliorum vero XXXI.

Ferdinandus subscrispsit.

Ionas
Vicecancellarius

M. Snigkchmoser

N. 686.

Vilnae, 21.II.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
salvus conductus pro Vincentio Ruszkowski: petit, ut a teloneo liberetur.
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

N. 687.

Vilnae, 19.III.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de expensis et regis et ducis et de modis pecuniae conquirendae; de non exportando frumento; de duce Megapolensi [Ioanne Alberto]; de conditionibus liberandi archiepiscopi Rigensis [Gulielmi Brandenburgen sis]; de Moschorum ducis [Ioannis IV] perfidia, et aliis.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine Charissime.

Ex literis Illustritatis Vestrae, quae nobis proxime redditae ab Illustritate Vestra fuerunt, intelleximus, in quanta difficultate rei pecunia-

riae Illustritas Vestra versetur, ferimusque moleste Illustritatem Vestram ad tantorum sumptuum suscipiendorum necessitatem esse deductam. In quo et si nullam a nobis eius rei causam profectam esse intelligamus, atque etiam ipsi magnos eam in rem sumptus et iam fecerimus et ampliores etiam facturi videmur, tamen quod a nobis et officium necessitudinis et praesentis temporis rationes postulant, curae nobis erit, ut quatenus facultatis nostrae ratio ferat, ne Illustritati Vestrae desimus.

Quod autem Illustritas Vestra scribit eam nobis rationem comparanda pecuniae propositam esse debere, ut cum civitatibus nostris, a quibus ea suppeditari nobis possit, lenius ageremus in iis rebus, in quibus graviter sese haberi queruntur, equidem existimamus tam lenes tamque moderatos imperii nostri in subditos nostros rationes esse, ut ea lenitate plerique abutantur. Conquirendae tamen pecuniae nullas rationes praetermissuri sumus. Illustritatem Vestram autem ea de re illam ob causam commonefeceramus, si quae forte rationes illius ex Germania comparandae illi suppeterent.

Apud Illustrissimos Dominos Pomeraniae Duces¹⁾ de non exportando frumento agemus. In primisque ut operam dent, ne per ditiones eorum militibus ullive rebus, quae adversus nos comparentur, itinera pateant. In quo et necessitudinis et pactorum, quae constituta cum illis habemus, admonere eos curabimus.

De Illustrissimo Domino Duce Megapolense libenter aliud responsum Illustritati Vestrae daremus, quam quod antea dederamus, sed intelligimus, atque item intelligi ab Illustritate Vestra existimamus, non posse rationes nostras ferre, ut et ipsi tantos sumptus gerendo bello sustineamus et Illustritatem Vestram militum stipendiis illi suppeditandis sublevemus, et Illustris Domini Megapolensis Ducis propugnationem suscipiamus atque haec omnia ex aerario nostro sustentemus.

Quod Illustritas Vestra communicasse sese consilium cum Generoso Castellano Gedanensi²⁾ scribit de rationibus comparandarum navium, quodque se tres instructuram esse ostendit, pergratum nobis est. Nobis quidem ad eius rei facultatem illa difficultas inest, quod nunquam antea nos maiores nostri navali in bellis apparatu usi fuerimus. Dabitur tamen per nos opera, ut eam quoque in partem nobis praesidia constent.

De Moschorum Duce nihil certo compertum habemus, cum quo et si pax nobis foederibus constituta sit, tamen nequaquam illi fidendum esse statuimus. Itaque providebitur per nos, ut adversus omnes casus, qui nobis illius perfidia incidere possint, presidia nobis quam maxime comparata constitutaque sint. Agemusque, si ita occasio tulerit, cum Legatis Regis Daniae³⁾ de illorum auxiliis nobis adiungendis. Regem quidem Sweciae⁴⁾ ad eius belli, si forte inciderit, societatem vix adduci posse speramus, quod nuper illi cum eo pax intercessisse dicatur. Itaque non existimamus illum esse passurum se ullis armis adversus eius conditio-nes implicari.

Condicio, quae restitutioni Reverendissimi Domini Archiepiscopi a Livonibus dicitur, nequaquam nobis probatur. Itaque si de iis ad nos per Legatos Regis Daniae refferetur, ita nos geremus, ut dignitatis et nostrae et Illustritatis Vestrae et Reverendissimi Domini Archiepiscopi rationem maximam habeamus.

De Generoso Castellano Gedanensi moleste tulimus eum evulgandis communibus consiliis invidiam in Illustritatem Vestram concitasse. Tametsi quidem illud necessario factum ab eo putemus, ut re cum Gedanensi

nensibus tractanda rationes, quibus eam fieri oporteret, illis aperiet.^{z)} Tamen id quoque ita fieri oportuit, ut ne Illustritatis Vestrae nomen ad ullam suspicionem aut invidiam vocaretur. Quod ut ab eo et ab aliis, quibus hisce de rebus mandatari deinceps quicquam sumus, quam diligentissime caveatur, per nos providebitur.

Literas consensus nostri ad constituendum Nobili Francisco Zeli-slawski pignoris ius in arce atque districtu Risenburgensi ad Illustritatem Vestram mittimus, facile vel ex ipsis nobis coniecturam facientes in tantis sumptibus aeris alieni contrahendi conditionem omnino necessariam esse. Tandem Illustritatem Vestram foelicem valere cupimus. Datum Vilnae, die XIX Martii, anno Domini MDLVII, Regni nostri anno XXVIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

c) *sic in ms.*

d) *Barnim IX et Philippus I.*

2) *Ioannes Kostka.*

3) *Christianus III.*

4) *Gustavus I.*

N. 688.

Vilnae, 26.III.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Achatio Czema.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

N. 689.

Vilnae, 31.III.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ne Constantinum Kuncewicz, homicidam, in ditionibus suis latitare
patiatur.
Sigill. VII.
(Annexum: exemplum litterarum regis ad universos ex eadem die
de eadem re)
H B A, B 1, K.312.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine et Affinis noster Charissime.

Constantinus Kunczewicz, de quo alias Illustritati Vestrae scripsimus, ob illud ipsum perpetratum homicidii facinus, quo Nobilem Nicolaum Krzizanowski e vivis sustulit, tum ob legum patriarcharum contemptum, e nostro Ducatu Magno Lituaniae provinciisque illi subiectis proscriptus est, in finibusque Ducatus illius Prussiae latibula quaeritare ac inde patriam frequentare nihilominus dicitur. Quod ne illi voluntate Illustri-

tatis Vestrae, sine permissu Capitaneorum, aut quorumvis locorum, civitatum, opidorum et pagorum Praefectuum²⁾ eius vel eorum vicesgerentium, liceat, verum ut pariter eum in Ducatu ac provinciis suis, quemadmodum id pacta ipsa exposcere videntur, vivere non patiatur, ab Illustritate Vestra etiam atque etiam petimus. Immo vero, sicubi compraeahendi possit, ut debitas temeritatis suae, voluntarii et studiosi homicidii, authoritatis et aulae nostrae tranquillitatis perturbatae poenas luat.

Rem eo nobis longe gratissimam ac similibus officiis compensandam esset factura. Quod si vero et illis, qui eum insecuturi sunt, aliquid opis, auxili, consilii et iuvaminis in illo compraeahendendo impertiverit, id ipsum etiam a suis praestari mandaverit, nos sibi plurimum vel hoc quoque nomine devinctos fore certo persuadeat. Illustratatem Vestram recte valere cupimus. Datum Vilnae, ultima die Marcii, anno Domini MDLVII, Regni vero nostri anno XXVIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

Annexum: Patentes literae nomine Sacrae Regiae Maiestatis pro capti-
vando Constantino Kunczewicz.

Sigismundus Augustus, Dei gratia etc.

Universis et singulis praesentes nostras inspecturis, Serenissimis, Illustrissimis, Illustribus, Reverendissimis, Reverendis, Magnificis, Generosis, Nobilibus, Famatis et Providis, Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Palatinis, Capitaneis, Nobilibus ac Proconsulibus, Advocatis, Consulibus, Scabinis et locorum, urbium, civitatum, oppidorum pagorumque Praefectis qui-
busvis eorumque Locotenentibus, affinibus, necessariis, amicis et vicinis
nostris charissimis, salutem et benevolentiam; caeteris vero subditis no-
stris gratiam nostram regiam.

Serenissimi, Illustrissimi, Illustres, Reverendissimi, Reverendi, Mag-
nifici, Generosi, Nobiles, Famati et Providi, Affines, Necessarii, Amici
et Vicini Charissimi, ac caeteri subditi nostri, sincere et fideles dilecti.

Constantinus Kunczewicz, e Magno Ducatu nostro Lithuaniae sub-
ditus, ob perpetratum^{a)} in aula nostra enorme facinus, non modo ad-
misso studiose voluntario homicidio Nobilis Nicolai Krzizanowski iuve-
nis, nunquam a se antea visi, tantum abest, ut iniuria aliqua ab illo
provocaretur, verum et neglecta sponsonis militare, qua nequaquam ab
aula pedem efferret, donec admissum dilueret scelus, obstrictus erat,
obligatione, tum summa in patrias leges contumacia, patria pulsus et
proscriptus est.

Quia vero interempti iuvenis necessarii investigandum et indagandum
illum sibi proposuerunt,^{b)} ab eis maiorem in modum postulamus, subdi-
tis vero nostris districte praecipimus,^{c)} ne hunc, qui superioribus etiam
homicidiis vitam suam conspurcare hocque illis in aula nostra novissi-
mum superaddere non dubitaverit, divinarum humanarumque legum,
authoritatis nostrae ac aulicae tranquillitatis violatorem, imo et contemp-
torem, inter se suosque versari permittant, verum pariter e regionibus,
provinciis finibusque propriis suis illum pellant, neque illum unacum
omnibus suis fautoribus, adhaerentibus ac comitatū vivere intra fines
suos patientur. Imo vero captivandum, unacum familia, comitatū, fauto-

ribus et adhaerentibus suis, permittant, adiuvent, ac poenas ex eis debitas deposcentibus sumere, preter aliquem alium iuris strepitum et coiunctionem, concedant. Pertinebit id ad augendum^{d)} mutuum, necessarium, amicum et favorem vicinum, aliis vero et subditis nostris ad regiam gratiam nostram amplificandam. Datum Vilnae, ultima Marcii mensis die, anno 57.

a) sequitur verbum expunctum: facinus
b) in ms. propusuerunt

c) correctum ex alio verbo.
d) in ms. agendum

N. 690.

Vilnae, 1.IV.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de querelis Gedanensium ob prohibitam frumenti exportationem; de negotio navium ad intercludendos transitus instruendarum; de bello Livonibus nondum denuntiato.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.317.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine Charissime.

Egerunt apud nos per Nuncium suum cives Gedanenses et de remittendo edicto, quo vetueramus, ut ne frumentum exportaretur, et de intermittendo consilio instruendarum navium. Quae incommoda ad utranque rem proposita essent, multis rationibus exposuerunt, quas perscribendas ad Illustritatem Vestram existimavimus, ut quae illius sententia de eis esset, cognosceremus.

Ac primum quidem edictum de non exportando frumento, quantum incommodi allaturum esse videatur, ostendebant, commemorandis commodis navigationis, quae ex ea cum ad terras Prussiae, tum ad universas ditiones nostras perveniant, quippe per quam tum plurimarum rerum importatio, tum commertiorum facultas fiat, quibus copia rerum ad usum commoditatesque vitae necesiarum, atque adeo ipse opes, rerum omnium nervi, parentur. Eum omnem navigationis usum hoc edicto sibi adimi ostendebant, cum interdicta exportatione frumenti neque externorum naves venturae ad eos essent, quae frumenti causa appellere isthuc consueverunt, neque ipsorum navigaturae uspiam essent, quod quibus praecipue mercibus onerari solebant, earum exportatione prohibita, nihil sibi reliquum futurum sit, quod commertiorum facultatem sibi suppeditaret. Itaque duplex incommodum adeundum sibi esse, ut et externarum navium commerciis careant, et suas inaniter sine navigationis usu domi consumi patiantur, quod cum semper magnum, tum hoc tempore maximum detrimentum illis allaturum esset, magna annonae in Anglia atque Belgio caristia, ut maxime oportuno tempore ad navigationis utilitates querendas eius facultate exclusi viderentur.

Accedere dicebant magnas contentiones atque dissidia inter terrarum Prussiae atque Regni nostri homines excitatum iri, inter quos cum certi contractus de frumento spe ac velut tacita quadam conditione exporta-

tionis essent instituti, cum nulla prohibitionis mentio ab initio fieret, futurum esse, ut non teneri sese iis contractibus existiment, exportationis potestate sibi adempta. Quibus, etiam si vel maxime cuperent, satisfacturos se non esse, cum evectione sibi praeclusa nequaquam sint futuri solvendo. Ad hoc habere sese contractus institutos nunciabant cum Antverpiensibus atque Amsterdamensibus, quibus nisi frumentum ex pactis praestent, magnum se rerum suarum dispendium necessario facturos esse, praestanda ipsis aestimatione frumenti, quanto maximo tum, cum dari sibi deberet, venibit, atque omni eo, quod illorum intererit, ex pactis dependendo.

Conabantur etiam docere in eo adversus ius suum fieri, quod a praecessoribus nostris indultum civitati suae privilegium dicerent, quo illi omnis maritimae orae administratio atque potestas, tum ea, quae ad arbitrium permittande aut vetandae navigationis pertinent, attributa essent. Adiebant etiam, si illud aedictum de non exportatione interpositum sit, ne aut Lubecensibus aut Livonibus commeatus suppeditarentur, praeterquam quod satis prospectum in eam partem aliis rationibus esse posset, etiam id nihil incommodi aut penuriae ad rem frumentariam illis allaturum esse, cum quod ex domesticorum agrorum ubertate commeatus atque frumenti copia abunde illis suppetat, tum quod Lubecenses, si ulla difficultas annonae incidisset, commodius multo inopiam sublevare solerent ex Brunsvicensi atque Luneburgensi vicinis regionibus, quam ex civitate Gedanensi. Ad hec magnam frumenti multitudinem ex Bohemia per Albim fluvium Hamburgum quotannis subvehi, quae civitas cum octo tantummodo milliaribus ab ipsis absit, commodissime ab illis petere, si ipsi egeant, possint.

In Livonia autem tantum frumentum abundare, ut sine ullius impendit inopiae metu concessu Magistri Livones ad mare frumenta convehant, ea, ubi primum facultas temporis dabitur, ad exteros exportaturi. Itaque se quidem ingens detrimentum suscepturos ex ea re esse. Hostis vero non modo nihil incommodi ex ea re laturus, sed etiam uberiore fructuoso reque navigatione usurus sit. Atque hoc quidem de abrogando eo decreto, quo illis interdicta exportatio frumenti fuerat, allegarunt.

De eo vero, quod ad armandas naves pertinet, qua de re per Generosum Castellatum Gedanensem¹⁾ cum ipsis egeramus, per eunden Nuncium suum nobis significarunt. Videri sibi non modo non ex sua, sed ne e nostra quidem re esse eas instrui, sed tamen si de iis instruendis nobis videatur, orare sese, ut aliquem mitteremus, qui eas nostro nomine cum omnibus armamentis conducturus esset. Senatum autem daturum operam, ut eius rei nobis omnis commoditas sit. Caeterum ut ipsi id faciant, intelligere se magno id civitati suae periculo fore. Primum enim dicebant, suscepto a Senatu armandarum navium negotio, fore, ut vicinae maritimae civitates in se ea arma suscipi existimarent. In primis vero Lubecenses atque Vandalici nominis sociae civitates. Itaque fore, ut non tam nos, quam ipsi hostes imperii iudicentur, quod ne accidat, vehementer sibi providendum esse. Cum enim permulti sint inimico in civitatem suam animo, facile futurum esse, ut ea occasione data multorum in se arma concitentur. Proponebant item nobis, cum id consilium armandarum navium suscipiatur, ut transitus Lubeca atque ex Ducatis Cliviae et Iuliae in Livoniam intercludantur. Cogitandum esse, qua id ratione sit futurum in angustis nostrae ditionis maris

finibus, et an Serenissimi Daniae atque Suetiae Reges²⁾ id intra suos fines passuri essent, qui si neutram in partem armorum sese inclinarint, nequaquam passuros esse classem nostram ad quenquam, transitu prohibendum, intra fines suos versari, ac fore etiam periculum, ne ea re ad arma excitentur, maxime autem id a Rege Daniae metuendum esse, quem ob impeditum illo edicto non exportando frumento navigationis usum vectigal suum maritimum imminui moleste laturum esse constat.

Sed ne Lubecenses quidem negligendos esse, eosque et satis potentes esse dicebant Livonibusque maxime coniuctos, et tenere eos promontorium in mari, quod vocatur Bornholm, e quo naves, quae Lubeca in Livonię navigant, solvere, et quae vicissim ex Livonia veniunt, eodem appellere solent. Eos sane ab illo promontorio per causam finium oraeque suaे maritimae tuendae non adversus classem modo nostram, sed etiam ad portum suum invadendum machinaturos esse. Cui quidem iam pridem infestissimi sunt, quod sui portus commoditatem eo multum imminutam intelligunt. Illud quoque dubium non esse Vandalicas civitates Livoniensibus amicissimas, quod ab illis plurima commoda regioni suaे veniant, coniuncturas se Lubecensibus in eo bello esse, atque etiam in primis videndum, ne si ullum bellum ab se adversus Status Imperii susceptum iudicetur, facultates mercesque suaे, quarum maximam partem in Belgio constitutam habent, vel arestentur vel in praedam proponantur.

Atque eae quidem Gedanensem rationes vel de non armanda penitus classe, vel nostro saltem nomine armanda, fuerunt. Nobis autem etiam illud in animum venit. Tempus navigationis iam instare, itaque si classis ad intercludendos transitus armada sit, iam in praesentia id fieri oportere. Cum autem, tametsi susceptum per nos adversus Livones bellum est, nondum illis tamen pro christianorum Regum more denunciatum, atque etiam denunciationi praesens tractatio de conditionibus pacis instituendis, a Serenissimo Domino Danorum Rege suscepta, moram adferre videatur, cogitandum nobis videtur, qui usus nobis eius classis armatae futurus sit. Etenim ut non denunciato bello intercipiendo aditus diripiendasque eorum naves statuamus, non existimamus id dignitatis honorisque nostri rationem ferre, si ut confestim bellum denunciemus, ne id quidem nobis hoc tempore faciendum putamus, cum de rationibus pacis agatur. Sin autem id nunc non denunciamus, neque transitus illi a nobis impedianter resque omnis differatur in id tempus, quo apparuerit, quid de pace sperandum esset, nullum nobis eius classis usum fore videmus, cum interim prima navigatione et Livonum naves commeare quo volent poterint, et si quae venturae ad eosdem essent, idem nemine prohibente interea quoque facturae sunt.

Quae omnia perscribenda ad Illustratatem Vestram putavimus, postulantes ab ea, ut quae illius sententia hisce de rebus sit, nobis primo quoque tempore indicet. Factura Illustritas Vestra in eo rem nobis gratam. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Vilnae, die prima mensis Aprilis, anno Domini MDLVII, Regni vero nostri anno XXVIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} *manu propria*.

1) *Ioannes Kostka*.

2) *Christianus III et Gustavus I.*

N. 691.

Vilnae, 2.IV.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
salvum conductum postulat pro Stanislaw Tchórzewski, ut se purgare
possit.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

*(Annexa: 6 epistolae in eadem re: 1) Lucae de Górkä palatini Bre-
stensis, 2) Andreeae de Górkä capitanei Valecensis et Gnesnensis,
3) Raphaelis Działyński (germanice), 4) Ianussii a Kościelec palatini
Siradiensis, 5) Stanislai [Hosii] episcopi Varmiensis ad cancellarium
Ioannem de Kreutzer (germanice), 6) Stanislai Tchórzewski ad
eundem (germanice)).*

H B A, B 1, K.312.

N. 692.

Vilnae, 4.IV.1557.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro malis medicis (in ms. Pomeranzen) sibis missis gratias agit.
(Germanice)*

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.312.

N. 693.

Vilnae, 25.IV.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Leonardo Fhrenk (sic in ms.), horologiorum magistro.
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

N. 694.

Vilnae, 7.V.1557.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Augustino Damaraw, Caunensi, ut ei iustitia administretur.
(Germanice)
(m.p. reginae subscriptum)*

Sigill. XIII.

*(Annexa: 1) litterae eiusdem Damaraw ad regem Sigismundum Au-
gustum, 2) ad reginam)*

H B A, B 1, K.312.

N. 695.

Vilnae, 16.V.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Achatio Czema.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.312.

N. 696.

Vilnae, 16.V.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
Assuero Brandt, ducis oratori, oretenus se respondisse nuntiat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.312.

N. 697.

Rudniki, 19.V.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Achatio Czema, palatino Marienburgensi,
de rebus Livoniae.
(Exemplar)
H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.
Magnifice, sincere nobis dilecte.
Quod constitueramus Illustrissimum Dominum in Prussia Duce
per Sinceritatem Tuam certiore facere de tempore, quo ad expeditio-
nen progressuri sumus, si pax non erit cum Livonibus constituta,
id in praesentia Sinceritati Tuae non potuimus significare. Sine ulla
tamen mora re constituta Illustritati eius per literas indicaturi sumus.
De Comite Oldenburgensi¹⁾ non perspicimus, qui futurus nobis sit eius
usus. Tamen Sinceritas Tua,^{a)} cum Illustri Domino in Prussia Duce
collato ea de re consilio, ad nos quam primum perscribet. Bene valeat
Sinceritas Tua. Datum in Rudniki, die 19 Maii, anno Domini 57, Regni
vero nostro anno 28.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

a) sequuntur verba expuncta: ad nos

1) Antonius.

Vilnae, 28.V.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de responso oratoribus Romanorum regis Ferdinandi I, Imperii et Pomeraniae ducum dato; de negotio archiepiscopi Rigensis [Gulielmi Brandenburgensis].

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Quomodo a nobis expediti sint quidque responsi acceperint Sere-
nissimi et Excellentissimi Romanorum Regis ac Sacri Romani Imperii
Illustriumque Pomeraniae Ducum Oratores, Illustritatem Vestram iam
ex Legato suo, quem apud nos habuerat, ante cognovisse putamus. Illi
ipsi autem, qualesnam fidei seu salvi conductus literas ex Livonia acce-
perint, posteaquam id ipsum et personam Illustritatis Vestrae con-
cernit, ex ipso, quod ad nos ex finibus illi miserunt, originali Illustritas
Vestra perspiciet. Quod ideo mittendum ei censuimus, ut videat, an
Legatis, quos ad Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Illustritas
Vestra missura est, satis cautum prospectumque sit. Nos, quoniam non
Magistri, sed Coadiutoris¹⁾ nomine prodierunt, probandas aut acceptan-
das eas minime censemus. Arbitrio tamen Illustritatis Vestrae id per-
mittimus.

Reverendissimo Domino Archiepiscopo, quo et voluntatis nostrae
satis esset conscius et tanto commodius rebus suis consulere atque
prospicere posset, illud ipsum praedictis Oratoribus datum responsum
communicavimus transmisimusque. Id quod Illustritatem Vestram si-
militer scire voluimus. Quam bene valere cupimus. Datum Vilnae, die
XXVIII Maii, anno Domini MDLVII, Regni nostri anno XXVIII.

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{b)}*

a)-b) *manu propria.*

1) *Christophorus dux Megapolensis.*

Vilnae, 4.VI.[1557]

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*binas ducis litteras se excepsisse nuntiat gratiasque agit pro paterna et
christiana consolatione, necnon pro benevolentia erga Erhardum a
Kunheim; adiungit litteras sororis suae de rebus Livonicis ("das in
nit also sein so wie die Eiflender viergeben, wie Eur Liebden den
aus ier lieben selbst schreyben vernemben weren"), quas tamen re-
mittendas sibi petit; prius a duce sibi missum vinum magis ei
placiisse quam nunc receptum.*

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.312.

Vilnae, 18.VI.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
per Nicolaum Plotowski, a se redeuntem, ducem salutat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K.312.*

Vilnae, 19.VI.1557.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duct
a patre suo nullas se hactenus notitias habuisse, regem vero coniugem
ad bellum proficisci nuntiat.
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.312.*

Durchleuchtingister furst, fruenlicher mein herzenlieber her und vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich grus undt alles liebs und guetes zuvor.

Wan es Eur Liebden sambt derselben gemahel glicklichen und wol gieng, das hert ich herzenlichen geren, und wis Eur Liebden sein kungliche majestet, mein her und gemahel, auch mich, in gueten gesundt - Got hob lob. Weil der Plotdoski zu Eur Liebden zuecht, hab ich nit wellen umgen, Eur Liebden mit diessen klein prieflein zu pesuachen. Weis Eur Liebden sunders nicht zu schreyben, als das pisher noch gar kein schreyben von meines her vatter potschafden kumen ist und sich sein majestet schan ganz enschlossen hat, von pfinstag iber achtag zu verruken, wie^{a)} Eur Liebden an zweifle solhes guetes wissen. Kan Eur Liebden nit gnuesam klag, wie mier ein so gros herzenleit ist, das sein majestet personlich in krieg ziehen, pit Got, das er sein kungliche majestet vor allen ibel wel pebaren und das als zu gueten ent an paluitvergissen^{b)} sicken, amen. Ich pit Eur Liebden auch, wellen derselben gemahel mein fruenlich grus sagen. Damit due ich mich Eur Liebden ganz fruenlich pefelhen. Datum Villen, den 19.tag Junius 1557.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) *praeedit expunctum*: wey

b) *sic in ms. pro*: plutvergissen

Vilnae, 30.VI.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de regis et ducis ad mutuum conventum itineribus.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater et Consobrine noster Charissime.

*Quod Illustritas Vestra per literas a nobis petuit, ut illam reddere-
mus certiore, quando profectionem suam instituere deberet, nolumus
Illustritatem Vestram ignorare nos nona die mensis Iulii Vilna, auspice
Deo, excessuros per venturosque demum quinta decima eiusdem mensis
in Onixthi, ubi per dies aliquot commoraturi sumus. Quare Illustritas
Vestra quoque in Ragnetham arcem iter dirigat. Nos vero ex Onixthi,
qua ex Ragnetha proficisci quoque in loco sese nobiscum coniungere
debeat, Illustrati Vestrae significaturi sumus. Descripturi autem sumus
Illustritati Vestrae etiam nocturnos profectionis illius, quos quidem eo
mutavimus consilio, ut et Illustritatis Vestrae commodiori profectioni
prospiceremus, et ut tormenta illius bellica solidiori sicciorique via duci
possint. Mandavimus quoque Generoso Ioanni Kosthka, Castellano Ge-
danensi, ut viginti millia talerorum Illustrati Vestrae numeraret. Cu-
pimus tandem Illustritatem Vestram diu foelicissime valere. Datum Vil-
nae, ultima Iunii, anno Domini MDLVII, Regni nostri XXVIII.*

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}*

^{a)-b)} *manu propria.*

Vilnae, 15.VII.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de ducis ad regem itinere; de pecunia a duce ad bellum Livonicum pe-
titia et a rege partim promissa.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Frater et Consobrine noster Charissime.

*Gratissimum nobis accidit id, quod nobis Illustritas Vestra de pro-
fectione sua ad nosque propriore accessu per literas significavit. Quod
vero scribit se sine equitatu Pomeranico in expeditionem hanc com-
mode exire non posse, ne ditionem suam scilicet, evocatis ad bellum
subditis, maritimis obiciat periculis, non videmus causam, propter quam*

eum ipsum equitatum evocare debeat, neque censemus Illustratatem Vestram praeter eum, qui ultra domestica praesidia supererit, maiori indigere equitatu. Nam nos eum, quem sumus habituri equitum numerum, arbitramur ad praesens bellum sufficere posse.

Porro quod a nobis petit insigniori quapiam pecuniae summa sibi provideri, nullae quidem nobis antehac dissidiorum causae cum Livonibus extiterunt, quae nos ad arma contra eos necessario sumenda incitare debuissent. Quorum tamen suscipiendorum quae initia quaeve consilia fuerint, nemo est praeter Illustratatem Vestram, qui sciat melius. Quare cum sit manifestum nos communiter ab ipsis lacessitos esse iniuria, communem quoque belli administrationem nobis incumbere Illustratas Vestra facile intelligere poterit. Et quamvis iam in eo bello tot sumpitus fecimus, ut in praesentia omni fere simus pecunia destituti, ut tamen perpetuum nostrum erga Illustratatem Vestram amorem testemur, non lumen ipsi, quoad eius fieri poterit, ulla in parte deesse. Intelleximus autem ex literis, quas ad Magnificum Regni nostri Cancellarium¹⁾ Illustratas Vestra dedit, petere ipsam eam summam pecuniarum, quam a Gedanensisibus habere debemus, sibi quoque a nobis dari. Hoc nos quidem petitioni Illustratis Vestrae libenter daturi eramus, si non ea pecunia ad stipendia militibus nostris persolvenda hoc tempore maximae²⁾ ipsi indigeremus. Quorum quidem spes, cum nostra praesertim expectent promissa, irritas fieri non oportet. Libenter tamen assentimur Illustrati Vestrae, ut tantum pecuniae, quantum in praesentia habet opus, a certis creditoribus mutui nomine alicubi accipiat. De quo cum primum certiores nos reddiderit Illustratas Vestra, non sufficienti solum inscriptione eis, a quibus mutuo pecuniam est acceptura, cauti sumus, sed libenter etiam solvendo esse volumus. Cupimus tandem Illustratatem Vestram diu valere felicem. Datum Vilnae, XV Iulii, anno Domini MDLVII, Regni nostri XXVIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Ioannes Octeski*.

N. 704.

Ex castris in Kurkle, 24.VII.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de pace cum Ordine Livonio non conclusa.*

Sigill. IX.

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Actepimus ab Illustritate Vestra literas, quibus ad nos scribit rume in Germania percrebuisse de constituta inter nos atque Ordinem Livonicum pace. De quo rumore quod Illustratas Vestra adscripsit existimare se inanem eum esse, sane ita res habet. Nihil mundum enim, quod ad

pacem pertineat, constitutum est. Legati quidem Serenissimi et Excellentissimi Domini Romanorum Regis¹⁾ atque Statuum Imperii nuper nobis significaverunt designatos ab Ordine Oratores esse, qui venturi ad nos de conditionibus pacis essent, petieruntque a nobis, ut eis literas publicae fidei mitteremus. Quod quidem fecimus expectamusque prope diem eorum cum illis adventum.

Ceterum quid futurum ex ea competitione sit, incertum adhuc est. Interim tamen Illustritas Vestra sese loco, in quo nunc cum milite suo est, continebit, quoad certior a nobis de eo, quod faciendum erit, fiet. Tandem Illustratatem Vestram bene valere cupimus. Datum in Kurkle ex castris nostris, die XXIIII Iulii, anno Domini MDLVII, Regni vero nostri anno XXVIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} *manu propria*.

1) *Ferdinandus I.*

N. 705.

Onikszy, 9.VIII.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de tractationibus cum oratoribus regis Romanorum [Ferdinandi I]; de
rebus archiepiscopi Rigensis [Gulielmi Brandenburgensis]
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Post multos et longos, quos de pacificatione cum Oratoribus Serenissimi Romanorum Regis habuimus, tractatus, cum iam spes pacis omnis et concordiae esset praecisa, iusseramus scribi ad Illustratatem Vestram literas, quibus et sententiam illi nostram de progressu belli, et in quem locum cum suis copiis Illustritas Vestra recipere se quidve agere deberet, illi significabamus, ecce autem rursus iidem Serenissimi parentis nostri Oratores sese interposuerunt, summoque studio et praecibus a nobis contenderunt, ut paululum temporis adhuc, et vel hodier nam diem tantum huic negocio impetiremus. Se enim spem habere, quod res ad aequas atque honestas conditiones pacis deduci possit. Itaque victi eorum praecibus et persuasionibus id fecimus.

Nunc autem quod scribit Vestra Illustritas excurrere se ad nos conveniendi nostri causa velle, nobis etsi semper adventus Vestrae Illustratatis gratissimus futurus est, tamen ut molestia et gravitate itineris huius Vestra Illustritas liberetur, commodius videtur nobis, si aliquem ex suis cum plena facultate ad transactionem de damnis acceptis et iniuriis, quandoquidem adhuc ab iis, quos scripsimus, Legatis spes pacis ostendatur, huc mittat. Non dubitamus, quin Illustritas Vestra de restituitione Domini Rigensis Archiepiscopi ex eo famulo, quem hic in aula nostra habet, abunde intellexerit. Quia vero Dominus Archiepiscopus

non videtur acquiescere, nisi et iurisdictioni pristinae, quam habuit in civitate Rigensi, restituatur, et non aequalis clementiae in omnes sontes atque subditos modus illi praescribatur, licet ille receperit se usurum clementia in omnes, sed vult tamen suae id voluntatis et potestatis, non alieni arbitrii esse. Cupimus, ut Illustritas Vestra de eo sententiam nobis et iudicium suum perscribat. Et bene valeat. Datum ex castris apud Onixium amnem, IX die Augusti, anno Domini MDLVII, Regni nostri XXVIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 706.

Vilnae, 23.VIII.1557.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de bona valetudine sua nuntiat, de belli Livonici continuatione dolet.*

Sigill. XIII parvum.

H B A, B 1, K.312.

Durchleuchtiger furst, fruenlicher mein herzen lieber her undt vatter,
Eur Liebden sein mein fruenlich grus, auch alles liebes und guetes zuvor.

Wan es Eur Liebden sambt derselben gemahel glicklichen und wol
gieng, das hert ich herzenlich geren; und wist Eur Liebden mich auch
von gnaten Gotes pey guetten gesundt - Got den heren sey lob.^{a)} Weil
ich ein so gewissen potschaft hab, kan ich nit underlassen, Eur Liebden
durch dies mein schreyben zu pesuchen und mich als die fruenlich
tochter zu erzeigen. Wie um der eiflendissen handel stet, ist Eur Liebden
an zweifel pas als mier pewust; allein^{b)} klag ich Eur Liebden ganz mit
petrueden herzen, das ich schreftlich undt mintlich pericht pin warden,
das der krieg noch vort solt gen, das mier dan warlich nit^{c)} kleinen
schmerzen bringt. Pit Got den her von ganzen herzen, sein gotlich gant^{d)}
zu verlichen, das derhalden zu solhen ausgang kum zu sein gotlich er
und der ganz kristenheit zu nutz, auch sein majestet,^{e)} mein gnediger her
und gemahel, eer und nutz. Das wins ich von gatz hertzen undt pit, Eur
Liebden wellen alzeit, wie dan mein vertrau zur Eur Liebden ist, darzu
helfen und arten, damit kristlich pult^{f)} auf wenigist, so moglich ist,
vergossen wer und si sein kunigliche majestet in kein gefarlichkeit geb.
Das wil ich in aller fruenschaft wieder um Eur Liebden verdienien, dan
Eur Liebden weren erstlich Got ein angenesmes werk dein und^{g)} mier
den besten dienst. Damit due ich mich Eur Liebden ganz dienstlich und
fruenlich pefehlen. Datum Vilna, den 23. tag August 1557 anno.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) *sequitur expunctum:* ich

b) *sequitur expunctum:* kal **g**

c) *sequitur expunctum:* glen

d) *pro:* gnat

e) *sequitur littera s expuncta.*

f) *pro:* plut

g) *sequitur expunctum:* um

N. 707.

In castris apud fluvium Mussa, 4.IX.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Theodoro Kamieniecki, ut ipsi profugi restituantur.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

N. 708.

Ex castris ad fluvium Mussa, 11.IX.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de conditionibus restitutionis in dignitatem archiepiscopi Rigensis [Guilielmi Brandenburgensis].

(Annexum deest)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et omnis foelicitatis continuum incrementum.

Quibus conditionibus a nobis cum Reverendo et Magnifico Domino Magistro¹⁾ et Statibus Livoniae de Illustrissimi et Reverendissimi Domini Archiepiscopi restitutione constitutum sit, non dubitamus, quin iam cognitum Illustritati Vestrae sit. Mittimus tamen ad Illustritatem Vestram earum conditionum exemplum, in quo cum Illustritatis Vestrae quoque confirmatio ex pactis requireretur, postulamus ab ea, ut eandem transactionem literis suis ratam habeat atque eas primo quoque tempore ad nos transmittat. Factura in eo est rem nobis gratam atque ad communem pacem constituendam in primis necessariam. Neque enim Reverendissimus et Illustrissimus Dominus Archiepiscopus ante restituetur, quam id factum ab Illustritate Vestra erit. Tandem Illustritatem Vestram diu foelicem valere cupimus. Datum ex castris nostris apud fluvium Mussa, die XI Septembbris, anno Domini MDLVII, Regni vero nostri anno XXVIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

1) Gulielmus de Fürstenberg.

N. 709.

Poswol, 13.IX.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

litterae credentiales pro Ioanne Plemięcki (in ms. Plemienczki).

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.312.

N. 710.

Poswol, 14.IX.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
per oratores Assuerum Brandt et Christophorum Ionam se duci oretenu^s
respondisse nuntiat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.312.

N. 711.

Vilnae, 4.X.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de rebus Livoniae et de restitutione dignitatis archiepiscopo Rigensi
[Gulielmo Brandenburgensi].
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et pro-
speritatem.

Quod Illustritas Vestra maturius ad nos literas misit confirmationis
eorum, quae de Reverendissimi et Illustrissimi Domini Archiepiscopi
Rigensis, fratris Illustritatis Vestrae, restitutione cum Reverendo et Ma-
gnifico Domino Magistro¹⁾ et Ordinibus Livoniae constituta sunt, est nobis
gratum. Quas literas primo quoque tempore in Livoniam manumitendas
curabimus.

Profecti eodem quoque sunt Oratores Serenissimi et Excellentissimi
Domini Romanorum Regis²⁾ atque Illustrium Dominorum Pomeraniae Du-
cum,³⁾ quibus nos quoque nostros Legatos adiunximus, qui Reverendissi-
mae et Illustrissimae Paternitati Suae restitutioni adfuturi sunt atque
acturi, ut omnis secundum id, quod in transactione convenit, conficiatur.

Quod autem Illustritas Vestra a nobis postulat, ut sumptus, quos
in alendum tantisper militem fecit, illi sarciremus, atque in eo et magni-
tudinem impensae a se susceptae et promissionem nostram, quam sibi
fecissemus, commemorat, sane meminimus, quid fuerimus Illustritati
Vestrae polliciti. Promiseramus enim se illi ad sustentandum militem
defuturos non fuisse. Existimamusque id ita factum per nos esse, ut
Illustritas Vestra amplius a nobis non sit desideratura, praesertim quum
intelligat, quantos et ipsi sumptus fecerimus et quam hoc tempore simus
exhausti, ut, quamvis vellemus, ad Illustritatis Vestrae impendia sar-
tienda conferre praeterea nequeamus. Tandem Illustritatem Vestram
bene valere cupimus. Datum Vilnae, die IIII Octobris, anno Domini
MDLVII, Regni nostri XXVIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

2) *Ferdinandus I.*

1) *Gulielmus de Fürstenberg.*

3) *Barnim IX, Philippus I.*

Vilnae, 6.X.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro servitore suo, ducis autem subdito, Henrico Meusenkunig, cuius fra-
ter natu maior bona omnium fratrum communia iniuste vendidit.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

*Supplicavit nobis nobilis hic Henricus Meusenkunig, satelles noster,
subditus autem Illustritatis Vestrae, ut se causamque suam de meliore
nota Illustritati Vestrae commendaremus. Fcessit illi negotium frater
ipsius maior natu Martinus, qui, inscio atque invito eo reliquisque fra-
tribus, decem agri mansos villae Ossieczko in districtu Iulienburgensi,
in quibus aequali iure gaudebant, cuidam nobili Alberto de Rogenhawsen
vendidit, a iustisque dominis ad alienos possessionem eorum transtulit.
Quod cum iniquum per se esse existimemus, postulamus ab Illustritate
Vestra, perficiat autoritate sua, ut servitor hic noster nihil damni in
possessione sua capiat, utque illi liberum sit una cum reliquis fratribus
sortes suas, quae ut venderentur, nunquam assensos se esse profitentur,
reposita pecunia recuperare iureque vindicare. Quicquid in eo Illustrata
Vestra benignitatis erga eos praestabit, et optime collocabit et nobis
cum primis gratificabitur. Eandem diu felicem valere cupimus. Datum
Vilnae, VI die Octobris, anno Domini MDLVII, Regni nostri XXVIII.*

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscrispit.* ^{b)}

^{a)-b)} *manu propria.*

Vilnae, 14.X.1557.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro litteris et pro vinis, butyro et caseo sibi missis gratias agit; de pace
conclusa et de regis felici reditu nuntiat et gaudet; ex nuntio suo
Vienna adveniente se cognovisse "an der Steprissen granicz" 400
equites 3000 Turcarum occidisse.*

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.312.

Vilnae, 15.X.1557.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de negotio limitum regundorum ad commodius tempus differendo.

Sigill. VIII.
HBA, B 1, K.312.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Scribit Illustritas Vestra petens a nobis, ut limitum controversiis, quae Magno Ducatui nostro illiusque ditionibus intercedunt, finem imponeremus nosque atque Illustritatem Vestram querelarum molestiis, quae a subditis utrinque fiunt, liberaremus. Nos vero meminimus id Illustritati Vestrae a nobis fuisse promissum. Quod re ipsa etiam prae-staturi sumus. Intelligimus enim et ipsi interesse plurimum tum nostra, tum Illustritatis Vestrae atque communium subditorum, ut limitum hoc negotium aliquando tandem finiatur.

Caeterum cum anni tempus commodius iam praeterierit hocque, quod nunc est, nulli rei minus quam regundis limitibus conveniat, necesseario commodiori tempori reservandum id esse putavimus, praesertim cum non ignoremus nostram et Illustritatis Vestrae praesentiam in eo negotio requiri. Nunc autem ex his itinerum profectionumque laboribus, quod fratri Illustritatis Vestrae libenter impendimus, colligere se atque quieti dare constituimus, et paulo post, quoniam in Regnum quoque nobis propediem erit proficiscendum, iudiciis sumus vacaturi, quibus nostri Consiliarii omnes nobiscum una occupati erunt. Daturi vero sumus omnem operam, ut per tempus magis aptum atque utriusque nostrum com-modum petitionis Illustritatis Vestrae non obliviscamur. Quam diu felicem valere cupimus. Datum Vilnae, XV Octobris, anno Domini MDLVII, Regni nostri XXVIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

Vilnae, 8.XI.1557.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
binas ducis litteras se accepisse refert; gratias agit pro notitiis sibi missis aliasque novitates expectat; mentionem facit pacis inter pa-pam et regem Angliae conclusae.
(Germanice)

Sigill. XIII.
HBA, B 1, K.312.

N. 716.

Vilnae, 11.XI.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Procopio Kartowski, stipatore suo, ducis subdito.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.312.*

N. 717.

Vilnae, 13.XI.1557.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro litteris acceptis et pro bonis auguriis ad iter suum in Polonium
suscipiendum gratias agit; cetera palatinum [Marienburgensem, Acha-
tium Czema, "Vayvota"] oretenus relaturum esse; negotium Erhardi
a Kunheim denuo commendat.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.312.*

N. 718.

Vilnae, 2.XII.1557.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
causam hereditatis ducis, a defuncto marchione Alberto iuniore relictae,
regi Romanorum [Ferdinando I] se commendasse nuntiat.
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.312.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Ex literis Illustritatis Vestrae, quas ab ea accepimus, intelleximus Illustritatem Vestram instituisse petere haereditatem Illustris olim Domini Alberti Marchionis Brandemburgensis, sui ex fratre nepotis, et naturalis successionis iure, et cum universae Brandemburgicae Domus pactis, tum propriis nonnullis conventionibus ad sese pertinentem, unaque Illustratatem Vestram habere in animo cum Illustri item Domino Georgio Frederico Marchione Brandemburgensi, suo ex altero fratre nepte, ac de nonnullis rebus ad eandem haereditatem spectantibus iure agere. Cum autem omnes Illustritatis Vestrae et fortunarum et dignitatis accessiones non minus quam proprias charas iucundasque habeamus,

non impeditimus, quominus Illustritas Vestra ius suum arbitratu suo per sequatur.

Apud Serenissimum Dominum Romanorum Regem de omni Illustratis Vestrae causa acturi diligenter sumus per Legatum nostrum, quem propediem de nonnullis nostris negotiis ad Maiestatem illius mittere constituimus eique mandata eam ad rem pertinentia daturi sumus. Interim tamen quod Illustritas Vestra a nobis postulavit, ut causam suam Maiestati eius per literas commendaremus, fecimus libenter atque eas ad Maiestatem illius literas Illustratitae Vestrae transmittimus. Tandem Illustratitatem Vestram bene valere cupimus. Datum Vilnae, die secunda mensis Decembris, anno Domini MDLVII, Regni vero nostri anno **XXVIII**.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 719.

Vilnae, 3.XII.1557.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

a duce expetitas litteras intercessorias ad imperatorem in causa alicuius hereditatis duci transmittit; responsum expositulat ad novissimas litteras suas in causa Erhardi a Kunheim scriptas.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.312.

N. 720.

Vilnae, 1.I.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de consiliis et privilegiis civitatum Hansae.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et foelicitatem.

Quod Illustritas Vestra certiores per literas nos reddiderit de consiliis civitatum Hansae, que ad vindicandum privilegiorum et immunitatum suarum ius instituta habent, quodque quid in eo secundum nobis censeat, sententiam suam ad nos perscripserit atque id fecerit, antea quam esset a nobis requisita, non modo non molestum, sed etiam iucundum nobis accidit. Facile enim ex eo Illustratitiae Vestrae erga nos studium perspeximus, cuius nulla significatio non gratissima apud nos semper existit. De iis porro rebus nihil praecipitanter neque inconsulto acturi sumus omniaque ante ad Consiliarios nostros referemus, quam quicquam statuerimus, neque committemus, ut sine eorum sententiis aliquid per nos suscipiatur, quod deinceps minus integrum futurum nobis esset.

Tandem Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Vilnae, prima die
mensis Ianuarii, anno Domini MDLVIII, Regni vero nostri anno XXVIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscriptis.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

N. 721.

Vilnae, 2.I.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Gabriele Grabowiecki.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

N. 722.

Rudnik, 3.I.1558.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litteras ducis se accepisse significat; Erhardi a Kunheim eximiorum me-
ritorum causa ipsum sedulo commendat; intercessionis ducis pro pa-
latino [Marienburgensi, Achatio Czema] rationem se habituram nuntiat.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.313.

N. 723.

Vilnae, 8.I.1558.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
mortem reginae Bonae significat.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.313.

N. 724.

Vilnae, 22.I.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de annua pensione duci numerari iussa.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

Vilnae, 20.II.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de litteris ducis gratias agit; de duro responso legationi civitatum mariti-
tarum dando nuntiat.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Binas ab Illustritate Vestra literas accepimus, alteras Germanicae^{a)} propria Illustratis Vestrae manu, alteras Latine perscriptas. Quarum utrisque sumnum Illustratis Vestrae erga nos studium singularemque in eis rebus providendis, quae ad ditionum nostrarum statum pertinent, fidem et diligentiam perspeximus. Quo nomine ut Illustritas Vestra prompta sibi vicissim a nobis omnia officia cognoscat, curae nobis erit.

Legatos civitatum maritimarum, qui ad nos venerunt, nondum audi-
vimus. Postea tamen quam intellexerimus, quibus de rebus a nobis petant
ea consilia, in reddendo eis responso sequemur, quae cum dignitate com-
modoque nostro coniuncta sint, non quae ad aliorum quorumque utili-
tatem instituta videantur. Tandem Illustratatem Vestram bene valere
cupimus. Datum Vilnae, die XX Februarii, anno Domini MDLVIII, Regni
nostrri XXVIIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)-b)} *manu propria.*

^{a)} *sic in ms.*

Vilnae, 8.III.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
Vincentium Ruszkowski, bona quaedam sibi perpetuo iure a duce con-
cedenda petentem, commendat.*

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Nobilis Vincencius Ruskowski, Stipator noster, nobis supplicavit, ut
ad Illustratatem Vestram, quo ei lacum Vormiensem in dioecesi Ostro-
censi ac duodecim mansos, qui in Lubstacensi dioecesi positi Lithne ap-
pellatione continentur, Illustratas Vestra perpetuo iure utendos fruen-
dosque concederet, scriberemus. Quare ob illius in servitiis nostris mu-
nereque suo obeundo fidem, quam nobis semper integrum prestitit, ab

Illustritate Vestra postulamus, ut ei Illustritas Vestra illum lacum Vor-mensem et duodecem mansos perpetuo iure possidendos donet. Nos quoque simile gratificandi officium Illustrati Vestrae pollicemur. Que bene valeat. Datum Vilnae, die octava mensis Marcii, anno Domini MDLVIII, Regni vero nostri anno XXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 727.

Vilnae, 11.III.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de oratoribus civitatum maritimarum.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine Charissime, salutem et prosperitatem. Perscripturi ad Illustritatem Vestram eramus de omnibus rebus, de quibus Legati civitatum maritimarum apud nos egerunt, sed cum Nobilis Constantinus Ferber, Burgrabius et Proconsul, atque Egregius Georgius Klefelt, Syndicus civitatis nostrae Gedanensis, isthac iter facientes, ad Illustritatem Vestram perventuri sint, non existimavimus hisce de rebus a nobis ad Illustritatem Vestram scribi oportere. Ex iis enim Illustritas Vestra cognoscet, quae illorum apud nos et postulata fuerunt, et item tractationes, tum quid responsi a nobis tulerint. Qua quidem de re illis commisimus. Non dubitamus autem, quin Illustritas Vestra in ditionibus suis ad id, quod eis responsum per nos est, consilia sua accommodatura sit. De aliis autem nullis rebus apud nos egerunt. Tandem Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum Vilnae, XI Martii, anno Domini MDLVIII, Regni nostri anno XXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 728.

Vilnae, 12.III.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de prospectato matrimonio unius ex sororibus regis cum filio regis Daniae.
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

N. 729.

Vilnae, 13.III.1558.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
causam Vincentii [Ruszkowski] a Ravsko commendat.
(m.p. reginae subscriptum)
Sigill. XIII maius.
H B A, B 1, K.313.*

N. 730.

Vilnae, 15.III.1558.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae curiales.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.313.*

N. 731.

Vilnae, 16.III.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro nobili Ioanne Pawłowski Podskarbowicz, ut ipsi profungi restituantur.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.*

N. 732.

Vilnae, 17.III.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de annua ducis pecuniae pensione, de iniuriis a Hieronymo Modliszewski
subditis ducis illatis.
Sigill. VII.
(Annexum: exemplum litterarum regis ad Hieronymum Modliszewski
de die 15.III in eadem causa)
H B A, B 1, K.313.*

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et pro-
speritatem.
Accepimus ab Illustritate Vestra literas, quibus nobis significavit
Generosum Ioannem Kostka, Castellatum Gedanensem et terrarum no-*

strarum Prussiae Tesaurarium, Illustritati Vestrae non numerasse eam peccuniam, quam vel Illustritati Vestrae ad vigesimam diem Februarii representasset ei mandaveramus. In quo etsi Illustritati Vestrae sine ulla mora satisfactum cupiebamus, maioribus etiam quibusvis in rebus illi gratificari studentes, tamen cum id eo tempore fieri nequiverit, boni consulet Illustritas Vestra moram hanc in solucione sibi allatam. Perscripsit enim ad nos Generosus Ioannes Kostka omnem fere peccuniam, quae Marienburgi in Thesauro nostro erat, cum in alias nostros usus, tum in legationes, quas proxime ad nonnullos Principes misimus, ab se expensam esse, itaque non se potuisse eam summam Illustritati Vestrae tum representare. Ad quem tamen literas mittimus mandantes, ut eandem peccuniam Illustritati Vestrae primo quoque tempore numeret.

Quod autem alteris literis Illustritas Vestra questa est de Generoso Hieronymo Modliszewski, Capitaneo Lomzensi, eum nonnullis subditis Illustritatis Vestrae vim attulisse novaque vectigalia in eos statuere, sane id factum moleste tulimus, cum nihil maiori curae habeamus, quam cum omnibus finitimis paccatas vicinitatis rationes conservare atque cum iis quam maxime pactorum et foederum iura integra retinere. Itaque mittimus ad eum literas mandati nostri, ut et eis, quibus vim attulisse dicitur, omnino satisfaciat et in posterum nulla nova vectigalia ab illis exigat nihilque, quod antea inusitatum sit, in eos statuat. Tandem Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum Vilnae, die XVII mensis Marcii, anno Domini MDLVIII, Regni vero nostri anno XXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptus.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 733.

Vilnae, 25.III.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Iacobo Muthinski, ducis subdito, contra Georgium Kinski.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

N. 734.

Vilnae, 30.III.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Achille Scipione, Romanorum [Ferdinandi I] regis subdito et servitore.
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et prosperitatem.
Accepimus literas Illustritatis Vestrae, quibus a nobis petit, ut apud Serenissimum et Excellentissimum Principem Dominum Romanorum

Regem intercederemus de causa Generosi Achilis Scipionis, subditi et servitoris Maiestatis eius, quo illi Maiestas eius rei suae familiaris iacturas, multis in expeditionibus Maiestatis eius adversus Turcas susceptas, sarciret. Id quod lubenter ac diligenter fecimus mittimusque ad Illustritatem Vestram literas, quas Illustritas Vestra ad illius Maiestatem transmittet.

Dedimus etiam illi novam quietantiam de centum bobus e Regno nostro absque vectigalis solutione expellendis, quam una cum literis ad Praefectum thelonie nostri Illustrati Vestrae mittimus. Tandem Illustratatem Vestram bene valere cupimus. Datum Vilnae, die penultima Marcii, anno Domini MDLVIII, Regni nostri **XXIX**.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

N. 735.

Vilnae, 18.IV.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
nuntiat se Christophoro Botticher, quondam Livoniae cancellario, annuam
pensionem concessisse.*

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Nobilis, docti et incliti viri Cristopheri Botticher, quondam Livoniae Cancellarii, commendatione et intercessione Illustritatis Vestrae, tum calamitate et exilio illius adducti, ex pietate et benignitate nostra regia patrocinium nobis iam ante sumpseramus ac annum pensionem illi in sustentationem et alimoniam ad beneficium nostrum, vel ad recuperationem prioris loci et officii in Livonia, concessimus. Quia vero idem Botticher de restituzione sui et recuperatione rerum suarum prorsus desperavit, commiseratione sortis illius commoti concessimus, ut eadem pensione a nobis illi iam ante assignata ad vitae suae extrema tempora frueretur. Quia vero idem Botticher clementiam et pietatem Illustritatis Vestrae in suo hoc adverso casu quoque expertus est, supplicavit nobis, ut eum Illustritati Vestrae commendaremus ac precibus nostris efficeremus, ut quam illi ex pietate et benignitate sua pensionem assignaverat, ut eandem illi ad tempora vitae eius confirmet et approbet, praeterea ut partes suas apud Illustres Duces Megapolenses¹⁾ pro illo interponat, quo promisso a Duce Ioanne²⁾ feudo potiri possit. Id quod Illustritatem Vestram haud gravatim facturam confidimus, si quidem ea non ignorat eos, qui ope et benignitate nostra indigent, nostros proximos esse. Bene tandem et feliciter Illustritatem Vestram valere cupimus. Datum Vilnae, XVIII Aprilis, anno Domini MDLVIII, Regni nostri **XXIX**.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) manu propria.

1) Ioannes Albertus cum fratribus.

2) Ioannes [Albertus].

N. 736.

Vilnae, 25.IV.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci

pro Stanislao Ugoski contra Sophiam Mianowska, coniugem Alberti Mianowski, in Dzialdowo manentem, quae accepta certa pecuniae summa ab eodem Ugoski, susceptae obligationi fidem non tenuit.
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

N. 737.

Vilnae, 28.IV.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis

pro Sassino Chotomski, ut ei profugi in terris Prussiae latitantes red-dantur.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

N. 738.

Vilnae, 1.V.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci

pro Augustino Dameraw (Demaranio), cive Caunensi.
(Annexum deest)
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

N. 739.

Vilnae, 20.V.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci

litterae fidei pro Venceslao Schack de Stangenberg, cui se in negotio Liveniae marchalci oretenus respondisse significat.
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

Vilnae, 27.V.1558.

*Catharina regina Poloniae
Ferdinando regi Romanorum
causam ducis Alberti in negotio hereditatis Brandenburgensis commendat.
(Exemplar)
H B A, B 1, K.313.*

Serenissime ac Excellentissime Princeps, Domine, Domine Parens noster Collendissime.^{z)}

Cum a nobis Illustris Princeps Dominus Albertus Senior, Marchio Brandenburgensis et in Prussia Dux, peteret, ut de causa sua apud Maiestatem Vestram per literas intercederemus, libenter in eo illi, pro eius et cum Serenissimo Domino coniuge nostro charissimo necessitudine et in nos officiis ac observantia, omne studium omnemque operam nostram impendimus, nihil magis cupientes, quam ut intercessionem hanc nostram quam maximum momenti ad causam suam attulisse intelligeret. Ea autem eiusmodi est.

Pertinet ad Illustritatem eius, communiter cum Illustri Domino Georgio Frederico Marchione Brandenburgensi, suo ex fratre nepote, ex successione Illustris olim Domini Alberti Iunioris Marchionis Brandenburgensis nonnulli status in Germania. Quorum haereditatem Illustritas eius agnoscens statuit a Maiestate Vestra investituram petere atque orare, ut Maiestas Vestra tempus et locum, in quo homagium pro more iureque Maiestati Vestrae facere debeat, constituere sibi dignetur. In quo etsi non dubitamus Maiestatem Vestram eiusmodi [operam] erga Illustritatem eius praestaturam esse, quemadmodum et dignitas illius et aequitatis ratio exposcit, tamen maiorem in modum a Maiestate Vestra petimus, ut quod Maiestas Vestra in re Illustritatis eius et eis^{z)} causis et sponte sua factura esset, id nostra intercessione clementius etiam cumulatiusque facere dignetur atque illi autoritate sua adesse ad omnia, quae ad totius causae eius rationes expediendas pertineant, primo quoque tempore obtinenda. Quicquid Maiestas Vestra in causa Illustritatis eius collocabit gratiae, id pro multis et necessitudinis et officiorum illius erga nos nominibus perinde sane a nobis habebitur, atque si nobis ipsis tributum a Maiestate Vestra esset, atque id perpetuo omnibus obsequiis nostris Maiestati Vestrae promerer conabimur. Tandem nos paterno Maestatis Vestrae amori commendamus. Quam diu foelicem valere cumpimus. Datum Vilnae, XXVII mensis Maii, anno Domini MDLVIII.

^{z)} sic in ms.

s.l., 29.V.1558.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro litteris gratias agit; exemplum litterarum suarum intercessoriarum
ad imperatorem in causa feudorum, quas dux expetiverat, transmittit;
de proxima regis coniugis in Poloniam profectione nuntiat, quem
ipsa post aliquot hebdomadas sequi debet.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.313.*

Vilnae, 31.V.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de finibus inter Lithuaniam et Prussiae Ducatum regundis.*

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Quae de tempore inchoacionis regundorum limitum ad nos Illustris Vestra perscripsit, legimus. Et si autem vellemus primo quoque tempore non inchoare modo, sed etiam toti huic actioni finem imponere, tamen ad praesens nihil certi ea de re ad Illustritatem Vestram scribere potuimus, quin nec statuere, donec de tempore celebrandorum Regni nostri Comitiorum communi Consiliariorum nostrorum sentencia statuerimus. Nam si illa mature celebrari voluerint, oportebit finium regundorum inchoationem post Comitia reiicere. Ex quo aliquos huius Magni Ducatus Lituaniae Consiliarios, qui etiam ad huiusmodi limites designati sunt, in Comiciis Regni nostri interesse oportebit. Sin autem in longius tempus Comitia protrahentur, finium constituendorum rationem ante Regni Comitia instituere oportebit. Quam primum autem ea de re Consiliarii nostri sese nobis cum sentenciis suis declarabunt et explicabunt, curaturi sumus ea de re Illustritatem Vestram cerciorem reddere celeriter. Eadem Illustritatem Vestram diu felicem et florentem valere cupimus. Datum Vilnae, ultima Maii, anno Domini MDLVIII, Regni nostri XXIX.

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.^{b)}*

^{a)-b)} *manu propria.*

Vilnae, 3.VII.1558.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litteras ducis die 6.VI. Regiomonte datas ab Erhardo a Kunheim sibi
allatas esse; regem in Poloniam elapso die Pentecostes projectum
esse nuntiat; pro sibi exhibita benevolentia gratias agit iterumque
Erhardum a Kunheim sedulo commendat.*

(Germanice)

Vest. sigilli.

H B A, B 1, K.313.

Crasnostaviae, 4.VII.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de causa nobilium Witwiński contra nobilem Swarcznikiel Zabrowski.*

*Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime, salutem rerumque omnium prosperos successus.

Commendaveramus proxime superiori tempore Illustrati Vestrae per literas causam Nobilium Vitwinski, subditorum nostrorum, quam adversus Nobilem Swarcznikiel Zabrowski, Iudicem Neidborensem, in iudicio Olstiniensi de bonis Wieramow et Zalki habent. Iidem autem exposuerunt nobis iudicium Olstiniense negasse sibi facultatem eius cauae per procuratorem agendae, atque decrevisse, ut aut ipsi, aut per amicum quempiam, qui linguam Germanicam teneret, agerent. Quod cum gravius in eos constitutum sit, quod neque ipsi linguam Germanicam consuetudinemque illorum iuditiorum norint, neque amicos isthie ullos habeant, quorum ea in re opera uti possent, neque vero usque ullis in iuditii rerum privatarum usitatum sit, ut ea per procuratorem obire non liceat.

Postulamus ab Illustritate Vestra, ut eos tam difficili iuris sui perse- quendi conditione solvat atque illis faciat potestatem per procuratorem de iure suo experiri, denique ut quod legum aequitatisque ratio feret, id expeditum illis apud Illustratatem Vestram sit, neque causam eorum longis dilationibus extrahi patiatur. Factura in eo Illustritas Vestra est rem iuri atque officio consentaneam nobisque gratam et quam illi mutuis studiis nostris compensare conabimur. Tandem Illustratatem Vestram bene valere cupimus. Datum in Crasnystaw, quarta die mensis Iulii, anno Domini MDLVIII, Regni nostri anno XXIX.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrivit.^{b)}

a)-b) manu propria.

Crasnostaviae, 14.VII.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
mittit responsum imperatoris [Caroli V] in causa ducis, replicam orato- rum Polonorum (ex quibus unus erat Stanislaus Hosius) ad idem responsum, et responsum ad replicam oratorum.*

Sigill. VII.

(Adsunt 3 annexa: 1) responsum imperatoris de die 30.VI.1558, 2) re- plica oratorum Polonorum ad idem responsum, 3) responsum ad replicam oratorum de die 2.VII.1558)

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Quid responsi a Caesarea Maiestate acceperint Nuncii nostri de Illu-

stritatis Vestrae negotio, Illustritas Vestra ex exemplo ipsius hisce litteris adjuncto cognoscet. Ac quidem pro nostro erga Illustritatem Vestram studio proque necessitudine nostra optavissimus illud commodius datum fuisse. Porro cum ita accidit, expectandum nobis est, quoad cum Ordinibus Imperii, ad quos Maiestas illius id negotium reicit, agendi potestas erit. Quo quidem tempore quicquid opere studiique nostri in rationibus Illustritatis Vestrae promovendis extare poterit, id illi promptum a nobis futurum est, atque etiam interim, si quid adhuc Illustritas Vestra agi per nos volet, libenter facturi sumus. Tandem Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum in Crasnistaff, die XIIIII Iulii, anno Domini MDLVIII, Regni nostri XXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

Annexum I:

Sacra Caesarea Maiestas, Dominus noster clementissimus, benigne percepit, quae Serenissimus Dominus Rex Poloniae nunc iterum per Reverendos Oratores suos in commendationem Illustrissimi Principis Domini Alberti Brandenburgensis in Prussia etc. perferriri voluit, et recordatur Maiestas Sua, quam diligenter Serenitas Sua antea quoque hoc idem negotium Maiestati Suae Caesareae per literas commendaverat, ubi Maiestas Sua Caesarea ipsi Serenissimo Domino Poloniae Regi paternae respondit se propter causas, tum abunde Serenitati Suae demonstratas, aliter facere non posse, quam ut rem omnem, sicuti tum a Serenissimo Domino Poloniae Rege ad Maiestatem Suam perlata fuerat, Illustrissimo Principi Domino Georgio Friderico Marchioni Brandenburgensi etc. significaret, utpote cui per Maiestatem Suam Caesaream, post maturam et sufficientem deliberationem, cum aliquot Principibus et magnis viris, necnon Maiestatis Suae Consiliariis habitam, provinciarum illarum, quas dictus Illustrissimus Marchio Albertus sibi per Maiestatem Suam conferri postulat, possessio et administracio benigne fuerat concessa.

Cognita vero responsione praefati Illustrissimi Marchionis Georgii Friderici, Maiestatem Suam Caesaream citra longiorem moram in hoc negocio eam deliberationem facturam esse, quae aequitati et iusticiae consentanea foret nullique parti merito onerosa videri posset. Allato itaque superioribus mensibus responso a dicto Illustrissimo Marchione Georgio Friderico, visum est Maiestati Suae Caesareae, ut illud ad dictum Illustrissimum Marchionem Albertum transmitteret, uti quidem iam dum est factum. Sed tamen Maiestati Suae Caesareae nihil inde relatum. Etsi autem Sacra Caesarea eius Maiestas dicto Serenissimo Poloniae Regi in hoc negocio, perinde ac in aliis rebus omnibus, pro summa in Serenitatem eius paterna benevolentia, morem gerere cuperet, tamen sine ulteriore ipsius Illustrissimi Marchionis Alberti informatione non potest certi quidpiam de ista benevola Serenissimi Domini Regis Poloniae filiali petricione statuere.

Quando vero informatio illa allata fuerit, et vel Serenissimus Dominus Rex Poloniae, vel ipsemet Illustrissimus Marchio Albertus Maiestatem Suam Caesaream in proximo Imperiali Conventu iterum admonuerint, Maiestas Sua Caesarea, exhibito consilio Electorum et reliquorum

Principum et Statuum Sacri Imperii, eam resolutionem capiet, quae fuerit iusticiae et aequitati consentanea et de qua nemo iustum conquerendi causam habere poterit. Id, quod Caesarea Sua Maiestas dictis Dominis Oratoribus ad memoratam ipsorum petitionem benigne voluit respondere. Actum et decretum sub impressione sigilli Caesareae Maiestatis Suae die ultima Iunii, anno Domini MDLVIII.

Annexum II:

Accepto responso in causa Illustris Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis in Prussia Ducis, Oratores Serenissimi Domini Regis Poloniae in hanc sententiam verba fecerunt:

Gratius quidem futurum fuisse Serenissimo Regi et Domino suo, quandoquidem investitura concedi per Maiestatem Imperatoriam potest quocunque loco et tempore, nec ea res ad Imperii Comitia pertineat, si citra longiorem moram aliquam Illustris Dominus Albertus Marchio in Prussia Dux ea potiri potuisset. Sed quando Sacrae Maiestati Imperatoria secus visum est, petere Serenissimum Poloniae Regem, ut saltem quod unicum ad Illustris Domini Alberti Marchionis successionem impediendam morandumque ius pertinet, decretum proscriptionis, quod in Camera Imperii superioribus annis adversus Illustritatem eius prolatum est, abrogare Maiestas eius dignetur. Posse autem id Maiestatem eius facere, cum proximo superiore tempore Sacri Imperii Romani Ordines ad Maiestatis eius arbitrium id contulerint promiserintque, ut ea de re Maiestas eius cum Serenissimo Domino Poloniae Rege transigeret.

Haec quidem prima fuit Oratorum petitio, cum id licere sibi negaret Maiestas eius ac rem ad Imperii Comitia referre diceret oportere, petiverunt iterum, ut saltim in praesentiam hanc proscriptionis suspenderet, ut interim Illustri Domino Marchioni omnia ad eandem haereditatem adeundam obtinendumque ius integra essent, ne si qua mora illi adferetur, quicquam detrimenti in rebus suis accipere necesse habeat. Quod si hoc impetraverit a Sacra Maiestate Vestra Serenissimus Rex et Dominus noster, magno se beneficio ab illa affectum esse iudicabit.

Annexum III: Responsum secundum ad replicam.

Sacra Caesarea Maiestas, Dominus noster clementissimus, ad ea, quae Domini Oratores Serenissimi Principis Domini Sigismundi Augusti Regis Poloniae etc. iterum in negocio Illustrissimi Principis Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis in Prussia etc. Maiestati Suae proposuerunt benigne respondet, quod ipsi Domini Oratores iam intellexerint e priori Maiestatis Suae responso, Maiestatem Suam ipsi Illustrissimo Domino Marchioni Alberto iam dudum significasse, quae Illustrissimus Marchio Georgius Fridericus Maiestati Suae ad petitionem illius rescriperat, neque vero quicquam hucusque ab illo relatum esse. Quinimo etiam si idem Illustrissimus Marchio Albertus iam desuper quae illi videbuntur replicasset, quod tamen Maiestas Sua Caesarea non posset certi quicquam in hoc negocio statuere vel decernere, priusquam rem cum Electoribus caeterisque Sacri Romani Imperii Principibus Ordinibusque contulisset.

Ab ea quidem sententia recedere et petitam illi investituram concedere Maiestati Suae Caesareae integrum non est, antequam res ipsa ad Ordines Imperii referatur, quod Deo dante in proximo Imperiali Conventu futurum est. Licet Caesarea Maiestas ex animo cuperet Serenissimo suo filio et consanguineo, Domino Poloniae Regi, in hac re paterne gratificari. Et ob eandem sane causam non potest etiam Caesarea eius Maiestas sententiam proscriptionis, superioribus annis contra dictum Illustrissimum Dominum Marchionem Albertum latam, vel penitus abrogare vel suspendere, cum eo sit huius negotii qualitas et conditio, ut vigore recessuum et constitutionum Sacri^{a)} Imperii omnino ad communem deliberationem ac consultationem Caesareae eius [Maiestatis] ac Sacri Romani Imperii Ordinum remmitti^{z)} debeat et Maiestas Caesarea absque eorum Ordinum scitu atque consilio nihil certi statuere queat.

Itaque confidit Caesarea Maiestas Serenissimum Dominum Poloniae Regem Maiestatis Suae paterna voluntati usque ad Conventum Imperiale, qui propediem indicetur, benebole esse acquieturum, si quidem Serenitas eius non ignorat tam in Serenitatis Suae inclito Poloniae Regno, quam alibi ubique locorum et terrarum inter christianos consuetum esse, ut publica negotia publice quoque cum Ordinibus et Statibus cuiusque Regni et provinciae tractentur et agitantur. Actum et decretum sub impressione Caesareae Maiestatis sigilli die secunda Iulii, anno Domini MDLVIII.

V. Ionas

M. Singschmoser subscripsit.

a) sequitur verbum expunctum: Romani

z) sic in ms.

N. 746.

Wolkowysk, 27.VII.[1558].

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae curiales.

(Germanice)

Sine sigillo.

H B A, B 1, K.313.

N. 747.

Crasnostaviae, 1.VIII.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
iterum de profugis Sassini Chotomski.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

Crasnostaviae, 17.VIII.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Iacobo Moller, cive Gedanensi, item cum senatu Rigensi habente.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K.313.*

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Consobrine Frater noster Charissime.
Non ignorat Illustritas Vestra, quam longam et diuturnam item habeat Famatus Iacobus Moller, subditus noster, civis Gedanensis, cum Senatu Rigensi, nam eiusdem causam nobis ante Illustritas Vestra commendavit. Cuius gratia aliquoties ad Reverendum et Magnificum Magistrum Livoniae,¹⁾ huius antecessorem, et ad hunc etiam literas dedimus, ad Senatum Rigensem etiam scripsimus. Nihilominus tamen abest, ut ius suum apud eos obtinuerit, ut etiam crimina et suspicione illi a Senatu Rigensi comparentur periculumque struatur, quemadmodum id suis protestationibus ostendit. Interim rebus suis carere et maiores sumptus facere cogitur.

Postulavimus itaque ultimo a Reverendo Magistro et ad Rigenses literas dedimus, ut subdito nostro ius intra certum tempus dicant et iusticiam ministrent. Quod nisi fecerint, denunciavimus, quamvis id non libenter facere solemus, nos subdito nostro repressalia daturos esse, ut Rigenses ubique in terris nostris Prussiae et in Regno nostro pignorare possit, ac ita suum consequi. Intelligimus etiam profuturas huic subdito nostro Illustritatis Vestrae literas, quas ut illi non neget, rogamus. Quin etiam si quomodo illi auxilio esse possit, ut suum prius consequatur, quam nos acriori remedio uti necesse fuerit, velit illi eodem adesse. Quod nobis erit valde gratum. De reliquo Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum in Crassnistaw, XVII die mensis Augusti, anno Domini MDLVIII, Regni vero nostri anno vigesimo nono.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrivit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) *Guilelmus de Fürstemberg.*

Crasnostaviae, 27.VIII.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de devastationibus a Moschis in Livonia perpetratis.*

Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.
Ex literis Illustritatis Vestrae intelleximus, quanta calamitate Moschi Livonię pervastaverint. Quod quidem plurimum sane dolemus misimusque ad Consiliarios nostros Magni Ducatus Lituaniae, sententias

eorum exquirentes, quid in eo Livonum casu fieri a nobis conveniat. Porro cum is Illustritatis Vestrae cursor non posse hic sese tantisper, quoad responsa eorum ad nos referrentur, commorari diceret, nolumus diutius eum retinere, rescripturi Illustritati Vestrae per nostrum nuncium, cum ea relata ad nos erunt. Tandem Illustratatem Vestram bene valere cupimus. Datum in Krasnistaw, die XXVII Augusti, anno Domini MDLVIII, Regni nostri XXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 750.

Lublini, 1.IX.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*confirmationem Christophori ducis Megapolensis non ad imperatorem,
sed ad summum pontificem spectare.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.313.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Quae Illustritas Vestra scripsit ad nos in causa Reverendi et Illustris Domini Christopheri Ducis Megapolensis, ea libenter, cum ipsius causa, tum Illustritatis Vestrae, fecissetsemus. Verum opere precius esse non putamus a Sacra Caesarea Maiestate id petere vel ea de re ad illam scribere, cum eiusmodi confirmationis munus Summi solius Pontificis sit proprium. Expectamus autem intra hos dies Legatum Summi Pontificis¹⁾ de latere, Cardinalem tituli Sanctae Potentianae de Pisis²⁾ appellatum, de quo nobis iam pridem scripsit mittere se illum cum plena et absoluta potestate. Posteaquam itaque venerit, erit nobis curae, ut hoc negocium Reverendi et Illustris Domini Ducis Megapolensis conficiatur ex animi illius sentencia. De reliquo Illustritati Vestrae firmam ac diurnam valetudinem et omnia secunda praecamur. Datum Lublini, die prima Septembbris, anno Domini MDLVIII, Regno vero nostri anno vigesimo nono.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) *Paulus IV.*

2) *Scipio Rebiba*

N. 751.

Varsaviae, 2.IX.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

litterae credentiales pro Achatio Czema.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

N. 752.

Varsaviae, 10.IX.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Alberto Jasieński, praefecto coquinae regiae in Magno Ducatu Lithuaniae,
cuius 20 boves retentos esse nuntiat.
(Annexum: petitio Alberti Jasieński ad ducem germanice scripta)
(m.p. regis subscriptum)*
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

N. 753.

Varsaviae, 21.IX.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Severino Goebel (Gebel), ducis subdito, qui studiorum causa in Italiam se contulit.
(m.p. regis subscriptum)*
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

N. 754.

Varsaviae, 23.IX.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
oratori ducis oretenus de respondisse nuntiat.
(m.p. regis subscriptum)*
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.

N. 755.

Cracoviae, 25.IX.1558.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
se cum comitatu suo Cracoviam feliciter pervenisse nuntiat speratque
regem quoque illuc mox esse venturum; infirmam ducis valetudinem
dolet, atque ut cito convalescat, precatur.
(Germanice)*
Sigillum XIII.
H B A, B 1, K.313.

N. 756.

Varsaviae, 17.X.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
petit, ut Ioannes Loca, succamerarius Marienburgensis, aliquas scripturas
in antiqua Prussiae Metrica perquirere possit.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.*

N. 757.

Varsaviae, 28.X.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
nepotes Eustachii (in ms. Ostaphiei) Wołowicz, studiorum causa Regio-
montum se conferentes, commendat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
H B A, B 1, K.313.*

N. 758.

Cracoviae, 8.XI.1558.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de bello Livonio; ad querelam de Ioanne Frankonowski respondeat se
facinore a se perpetrato e protectione regia ispo facto excidisse.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K.313.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

*Quod Illustritas Vestra prioribus ad nos manu sua scriptis literis
significavit, non in aliam partem accepimus quam eadem ad nos scribit.
Neque enim unquam fidelem optimeque propensum erga nos Illustratis
Vestrae animum in dubium vocavimus. Pergratum etiam nobis est,
quo Status Livoniae scribit non contempnendum numerum peditum equi-
tumque iam coegisse, atque optamus ita illos esse expeditos, ut hostibus
suis superiores semper esse possint.*

*Quod nos attinet, scripsimus Serenissimo atque Excellentissimo Do-
mino Romanorum Imperatori¹⁾ eodem in negotio. Cuius Maiestas nobis
rescribere est dignata missuram se propediem Nuntios, qui Suae Maie-
statis nomine Moschorum Principem²⁾ hortarentur, ut ab infestanda Li-
vonia sibi temperaret. Insuper se in Comitiis Imperialibus proximis in*

consultationem propositurum, quibus modis ac conditionibus terris Livoniae prospici possit, ut excutere iugum hostile valeat.

Quod vero liberum per terras nostras transitum pro equitibus pedestribusque Pomeraniae in auxilium stipendiis conductis atque de compارando convehendoque in Livoniam libero commeatu Nunctium a nobis Livonicum postulaturum scribit, non gravatim utrumque concedemus eo modo, quo Illustritas Vestra nobis significavit. Ad auxilia vero subministranda, si Status et Ordines Livoniae id a nobis ita, ut Illustritas Vestra scribit, postulaverint, nos pro christiani Principis officio, quantum rationes nostrae ferent, non sumus defuturi. Non novum etiam est nos receptum extraneis hominibus in Regno nostro concedere, inter quos cum Ioannes Frankowski literas, intercedentibus pro illo certis Senatoribus Regni nostri, impetrasset, a vi tantum et potentia illi sunt concessae. Eiusmodi enim literas in Regno nostro denegare non solemus. Quod si tamen ipse Frankowski, sub protectione nostra existens, beneficentia abutatur nostra et vim aliis inferre conetur, non aliud censemus quam ipsum protectione nostra, quod eadem abusus fuerit, excidisse. Ubi itaque compertum fuerit ita se eum erga Officialem Nidburgensem Illustritatis Vestrae, ut scribit, gerere, nobis quoque non deerunt rationes, quibus conatus dicti Frankowski sumus repressuri. Optamus Illustritatem Vestram diu et foeliciter valere. Datum Cracoviae, VIII mensis Novembbris, anno Domini MDLVIII, Regni vero nostri vigesimo nono.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Ferdinandus I.*

2) *Ioannes Basilides.*

N. 759.

Petricoviae, 3.XII.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

Valentinum Bekuargum, musicum, Regiomontum proficiscentem, commendat.

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

N. 760.

Petricoviae, 20.XII.1558.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

Henricum Gersdorff, stipatorem suum, commendat.

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.313.

N. 761.

Petricoviae, 10.I.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de debitibus Alberti marchionis Brandenburgensis iunioris versus Christo-
phorum Fortenbach de Reichenschvangk.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VII.
(Annexum: Exemplar litterarum Alberti Iun. 11.VI.1549, de debitibus).
H B A, B 1, K.314.*

N. 762.

Petricoviae, 22.I.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
tres equos gradarios dono mittit.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII (vest.)
H B A, B 1, K.314.*

N. 763.

Petricoviae, 24.I.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
Guilielmo de Fürstenberg, Ordinis Theutonici in Livonia magistro, tre-
centos equites per ditiones suas ducere se permisisse.
Vest. sigilli VIII.
H B A, B 1, K.314.*

Sigismundus Augustus etc.

*Universis et singulis Dignitariis, Officialibus, Capitaneis, Tenutariis,
nobilitati ac subditis nostris, tam in finibus Regni nostri quam in Ducatu
Prussiae constitutis, sincere et fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam.
Sincere et Fideles nobis dilecti.*

*Petiti a nobis Reverendus et Magnificus Dominus Gwilhelmus Fur-
sthembergius, Ordinis Theuthonici in Livonia Magister, ut illi trecentos
equites in Livonię per ditionem nostram ducere permetteremus. Quod
quidem illi pro vicinitatis iure et eius provinciae tam gravi periculo
[denegare] noluimus fecimusque potestatem, ut eius Magnificencia eum
numerum equi per ditionem nostram ducere possit. Quam ob rem Sin-
ceritatibus et Fidelitatibus Vestris mandamus. ut cum commemorati
equites iter in Livonię [facient], eos una cum rebus et impedimentis
libere et absque ullo impedimento transire sinatis, quin etiam, quantum*

in vobis est, omni humanitate benevolentiaque complectamini. Pro gratia nostra secus non facturae. Harum testimonio literarum, quibus in fidem manu nostra subscriptimus et sigillum nostrum infra est appraessum.^{a)} Datum Piothrcoviae, in Conventione Regni nostri Generali, feria secunda post ferias Divae Agnetis Virginis proxima, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, Regni vero nostri anno vigesimo nono.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscriptisit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

b) *sic in ms.*

N. 764.

Petricoviae, 2.II.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
per legatos Ioannem Trogst et doctorem Ionam se respondisse notificat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII (vest.)
H B A, B 1, K.314.*

N. 765.

Cracoviae, 3.II.1559.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
de sua et ducis restituta valetudine gaudet nuntiatque se litteras intercessoriarum statim missuram esse.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.314.*

N. 766.

Petricoviae, 10.II.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Matthia Wołyniec (in ms. Voliniecz), cuius filius Sebastianus Regiomonti proditorie trucidatus est.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K.314.*

N. 767.

Cracoviae, s.d., III.1559.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*petit, ut fratri servitoris sui Caspari Goebel, medico Severino Goebel,
iam a duce promissum subsidium pecuniarium, ut in Italia studio-
rum causa commorari possit, iam demum assignetur.*
(Germanice)

Vest. sigilli XIII maioris.

H B A, B 1, K.314.

N. 768.

Cracoviae, 14.III.1559.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*se foedere cum Moscho [Ioanne IV] obstrictum, Livonibus auxilio venire
non posse notificat.*

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.314.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Calamitas haec Livoniae, quam crudelis hostis illi attulit, non minus nobis dolenda accidit, quam ei provinciae gravis et acerba. Quam ob rem quod Illustritas Vesta a nobis petit, cuperemus omnino cum propter arctissimam necessitudinem, quae nobis cum Illustrissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo¹⁾ intercedit, ac protectionis ius, quod Archiepiscopatu debemus, tum etiam propter pacta et foedera ac ipsam cum Livonia viciniam, qua tranquilla et pacata ditiones quoque nostrae tutiores et securiores essent, eam provinciam auxiliis nostris esse adiutam. Verum cum nobis foedus iureirando sit cum Mosco pactum ad certum tempus, neque ulla causa aut eiusmodi vinculum cum Livonia intercedat, in quo tantum sit positum, ut illius defensionem posthabito foedere suspicere necesse habeamus, in eaque religione iurisiurandi soluti esse videamur, non perspicimus, quoniam pacto, salva fide conscientiaque nostra, auxilium contra Moscum Livonibus ferre possimus. Neque Senatui nostro in proximis Comitiis visum est, ut in eiusmodi rerum statu quicquam contra foedus faciamus.

Nam si foedera pacta et vicinitas nobis est cum Livonibus, eadem haec sunt cum Mosco ad certum tempus constituta. Denique nihil eiusmodi appetit propter quod iuste et legitime foedus irritum facere possemus. Quod cum ita sit, Illustritas Vesta nobis veniam dabit, quod rebus sic stantibus fidei nostrae et religioni iurisiurandi hac in parte consulendum. Quanquam nobis haec cura Illustritatis Vestrae de vicina provincia et christianis populis, quae nos etiam non mediocriter reddit sollicitos, vehementer est grata. Haec eadem copiosius exponet Illustritati Vestrae

Magnificus Achacius Czema, Palatinus Mariemburgensis, sincere nobis dilectus, qui brevi erit apud Illustritatem Vestram. Eandem bene valere, rebus omnibus ad voluntatem fluentibus, exoptamus. Datum Cracoviae, die quatuordecima mensis Marcii, anno Domini MDL nono, Regni vero nostri trigesimo.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Gulielmus Brandenburgensis*.

N. 769.

Cracoviae, 29.III.1559.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
rogat, ut dux negotia sua cum subdito suo, Vincentio Ruszkowski (von
Rausken), regis Poloniae subdito, transigat et ad felicem exitum
perducat.
(Germanice)
(manu reginae subscriptum)
Sigillum XIII maius.
H B A, B 1, K.314.*

N. 770.

Cracoviae, 4.IV.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
Ioannem Wiesiołowski, studiorum causa Regiomontum se conferentem,
commendat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.314.*

N. 771.

Cracoviae, 25.IV.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
contra Wolfgangum Schonvisium, capitulo Varmensi minitantem et ex
Germania in Livonię copias traducentem.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K.314.*

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.
Perfertur ad nos Nobilem Wolfgangum Schonvisium, subditum Illu-*

stritatis Vestrae, qui nunc, ut fertur, ex Germania in Livoniam copias ducit Venerabili Capitulo Varmensi de quibusdam pratis occupandis, quae iam pridem sunt per Commissarios Illustritatis Vestrae Reverendissimo Episcopo Varmensi^{a)} adiudicata, minitari. Quam ob rem existimavimus id esse ad Illustritatem Vestram deferendum postulamusque, ut Illustritas Vestra Schonvisium ab eo conatu prohibeat, neque patiatur coniunctim copias ducere, sed gregatim et divisim, ut minor sit illi ad vim inferendam facultas. Nam si quid hostile conatus fuerit, suo id damno et incommodo est facturus. Verum si ea prata ad se pertinere existimat, iure et legitimo iudicio contra Reverendissimum Episcopum Varmensem experiatur. Cupimus Illustritatem Vestram optime valere. Datum Cracoviae, XXV Aprilis, anno Domini MDLIX, Regni vero nostri anno XXX.

^{a)} Ex commissione propria Regie Maiestatis,
nunc egre ex chiragra.^{b)}

^{a)-b)} alia manu.

¹⁾ Stanislaus Hosius.

N. 772.

Cracoviae, 28.IV.1559.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
Valentinum Stollium, pro quo dux intercessit, in iudicium vocatum ad regem provocare posse.
Sigill. VIII.
H B A, B 1, K.314.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Consobrino noster Cha[rissime].^{a)}
Sicut in omnibus rebus Illustritatis Vestrae partes apud nos multum habent ponderis, ita in eo quoque negocio [ser]vitoris illius Valentini Stollii non gravatim illi gratificaremur. Verum cum ea causa in iudicium [voca]ta sit, non possumus iuris ordinem vel pervertere vel immutare, ne in aliis quoque causis idem deinceps [fiat]. Atqui si Stollius is vel eius curatores gravatos se sentencia illius iudicii senserint, liberum eis [est], ut ad nos provocent. Nos vero tum, cum haec causa ad nos pervererit, libenter non solum aequo favebimus, verum etiam Illustritatis Vestrae intercessionis rationem pro nostra consuetudine ducemus. [Quo]d restat, cupimus Illustritatem Vestram diu ac foeliciter valere. Datum Cracoviae, die vigesima octa[va] mensis Aprilis. anno Domini MDLIX, Regni vero nostri anno trigesimo.

^{b)} Ex commissione Regie Maiestatis propria,
ob male affectam valetudinem non subscriptentis.^{c)}

^{a)} charta lacerata.

^{b)-c)} alia manu.

Cracoviae, 12.V.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
regia confirmatio authorizationis, qua Gabriel Tarlo Bernardum Pohibel
suum legitimum procuratorem, actorem et factorem nominavit.
Sigill. VIIA.
H B A, B 1, K.314.*

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest, universis et singulis, quia constitutus coram nobis Generosus Gabriel Tarlo, Castellanus Radomiensis, Serenissime coniugis nostrae charissime Magister curiae et Capitaneus Chelmensis, publice et per expressum recognovit, quod Nobilem Berhnartum²⁾ Pohibel, servitorem suum, in suum verum, legitimum et indubitatum procuratorem, actorem et factorem fecit, constituit et ordinavit, ac praesentibus ordinat, cum plena et omnimoda potestate et facultate certam summam peccuniarum, a Nobili Ioanne Kopf eidem Generoso Gabrieli Tharlo debitam, nomine ipsius repetendi, exigendi, tollendi, levandi et percipiendi ac de soluta et percepta ipsum Ioannem Kopf et alios, quorum interest, quietandi, aliaque omnia iuxta recognitionem chirographi per nos confirmati exequendi, dans insuper facultatem eidem Nobili Pohibel personam aut alteram loco sui substituendi, promittens se idem praefatus Generosus Gabriel Tharlo ratum, gratum atque firmum habiturum perpetuo, quicquam per eundem plenipotentem seu ipsius substitutos constitutum in praemissis fuerit, perinde ac si ipsem ea faceret. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appressum. Datum Cracoviae, XII Maii, anno Domini MDLIX, Regni nostri XXX.

Relatio Reverendi Philippi Padniewski
Regni nostri Vicecancellarii, Gnesnensis,
Lanciensis Praepositi et Decani Cracoviensis.

²⁾ sic in ms.

Cracoviae, 14.V.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de tractatibus ad Magni Ducatus Lithuaniae proceres reticiendis.
Vest. sigilli VIII.
(Adest versio germanica)
H B A, B 1, K.314.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.
Ea, quae nobis Illustritas Vestra literis suis de Livoniensibus nego-

ciis consuluit, grata et iucunda nobis acciderunt. Agnoscimus ex eo, quanta sit Illustritatis Vestrae animi erga nos propensio, quod de rebus ad nos et Rempublicam nostram pertinentibus et cogitat deliberatque libenter, et quid consilii nobis capiendum existimet, perscribere non gravatur. Ac sane Illustritatis Vestrae consilium valde cum nostro sensu ac iudicio congruit idemque pene sequendum nobis statueramus, quod Illustritati Vestrae faciendum videbatur. Verum tractatibus inchoatis, cum id, quod postulabamus, non concederent, et de hoc toto negocio Senatores Regni nostri, qui nunc nobis aderant, statuendum sibi non putarunt, quod ad Magni Ducatus Senatum pertinere videretur, propter communia pericula, vicinitatem et auxilia, de quibus ibi demum et ab iis deliberari et statui oporteret, unde et a quibus ferenda essent, reliquos tractatus ad Magni Ducatus Lituaniae proceres reiecmus. Ac nos ipsi ea de causa brevi post festa Pentecostes iter isthuc suscipimus. Quod Illustritatem Vestram latere noluimus et illi omnia prospera precamur. Datum Cracoviae, die quatuordecima mensis Maii, anno Domini MDLIX, Regni nostri XXX.

^{a)} Propter affectam Maiestatis Regie manum
Ioannes Ocieski
Regni Poloniae Cancellarius subscriptus.^{b)}

^{a)-b)} manu Ioannis Ocieski.

N. 775.

Cracoviae, 20.V.1559.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Gottardo Gocz (Gotz), cive Regiomontano, ut ei in servitium regis
transire liceat.
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.314.

N. 776.

Visnae, 1.VII.1559.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro fratribus de Zaorze, actionem iudicialem in Prussiae Ducatu haben-
tibus.
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.314.

N. 777.

Vilnae, 1.VII.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
immunitatem trecentorum boum absque vectigalium solutione expellen-
dorum mittit.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.314.*

N. 778.

Vilnae, 27.VII.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de damnis silvis suis Grodnensibus a subditis ducis illatis conqueritur.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.314.*

N. 779.

Vilnae, 2.VIII.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de desertione Livoniae per ducem Megapolensem [Christophorum], co-
adiutorem Rigensem; de conditione archiepiscopi Rigensis; de com-
missariis ad regundos fines designandis.
Sigill. VI.
H B A, B 1, K.314.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Quae ad nos Illustritas Vestra ternis literis diverso argumento scrip-
tis referenda esse existimavit, probe inteliximus.^{z)} Ac quantum ad nego-
tiū emigrationis et desertionis provintiae Livoniae per Illustrē Domī-
num Dūcē Megapolensem,¹⁾ Coadiutorem Episcopatus Rigensis, attinet,
videmus et ipsi permultū rationib⁹ illius Reipublicae in hoc situm
esse, ne eam tam afflito tamque ancipiti rerum statu deserat. Ut enim
deiectionem, consternationem et trepidationem animorum suis ea res
incutere, ita hosti ad agendas ab deserto per pastorem grege praedas
audatiā et temeritatē addere facile possit, et perturbatum alioqui
statum multo perturbatiōrem in ipsorummet civium discordia reddere.

Verumtamen etsi nobis haec consilii Illustritatis Vestrae suppedita-
tio probatur, ut videlicet eo nomine Reverendissimus ac Illustris Do-
minus Archiepiscopus Rigensis,²⁾ una cum suo Capitulo et praefato Coa-

diutore, tum et Illustrissimus Dominus Ioachimus Marchio Brandenburgensis, Elector, a nobis compellaretur, visum tamen est nobis in eo negotio aliquantis per supersedere, donec negotium Livonicum, quod prae manibus nunc habemus, cum Oratoribus Reverendissimi ac Illustris Domini Archiepiscopi Rigenensis et cum Magnifico et Reverendo Domino Coadiutore Magisterii Livoniae³⁾ certum et indubitatum finem ac firmam conclusionem sortitum fuerit, quo videlicet maiore nostra et dignitate et autoritate ad eos, quos hoc negotium concernit, tum demum scribere possemus.

De ratione vero finium regundorum, de quibus nos tam amanter tamque solcite Illustritas Vestra compellat, in his Comitiis, quae iam agitamus, cum Senatu et Ordinibus huius Magni Ducatus nostri acturi sumus, ac quid tandem communi suffragio et sententia ea de re constitutum conclusumque fuerit, ad Illustritatem Vestram perscribemus, tum qui potissimum Commissarii ad eam rem opportune et idonee peragen-dam designandi sint, cum Senatu nostro statuemus. Caeterum quo Illustrati Vestrae liceat pro praesidiariis militibus artium²⁾ suarum sexcentos boves ex dominiis nostris expellere, mittimus eidem literas ad vectigalium nostrorum Praefectos et Architelones, quibus illis mandamus, ne ei rei quoquomodo obstent, quin potius absque omni impedimento per-mittant. Reliquum est, ut Illustritatem Vestram optata semperque firma valetudine ac secundis et optatis rebus omnibus perfrui cupiamus. Datum Vilnae, die II Augusti, anno Domini MDLVIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscriptis.^{b)}

^{a)-b)} *manu propria.*

^{a)} *sic in ms.*

1) *Christophorus*

2) *Gulielmus Brandenburgensis*

3) *Gottardus Kettler.*

N. 780.

Vilnae, 23.VIII.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
per Vincentium Ruszkowski, stipatorem suum, tres equos Italicos mittit,
qui vulgo "Giannetti" vocantur.*
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.314.

N. 781.

Vilnae, 8.IX.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de legatione Venceslai Schack.*

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.314.

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime, salutem
prosperosque rerum omnium eventus.*

Intelleximus ex Generoso Venceslao Schak, Oratore Illustritatis Vestræ, quæ ipsi Illustritas Vestræ de Reverendi et Magnifici Domini Marschalci Livoniae¹⁾ atque de Melchioris Kirchoff causis agenda apud nos iniunxerat. Quibus quidem in rebus ex sententia constituendis omne studium nostrum extitit. Quid porro in eis confectum sit, Illustritas Vestræ ex eodem Oratore suo cognoscet. Cui ut Illustritas Vestræ omnibus de rebus plenam fidem habeat, postulamus ab ea. Tandem Illustritatem Vestrām bene valere cupimus. Datum Vilnae, die VIII Septembris, anno Domini MDLIX, Regni vero nostri anno XXX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

1) *Philippus Schall de Bell.*

N. 782.

Vilnae, 16.IX.1559.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*Ioannem Rosemberger, civem Augustanum, commendat, qui certa debita
apud viduam quandam Regiomonti contraxit.*

(*m.p. regis subscriptum*)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.314.

N. 783.

Nowe Miasto Korczyn, 21.IX.[1559].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

litteras ducis se accepisse nuntiat et de peste in Polonia saeviente narrat.

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.314.

Durchleuchtigiste[r] furst, fruenlicher mein herzliebster her und vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich grus und alles guetes zuvor.

Ich hab Eur Liebden fruenlich schreyben enfangen, daraus mit herzenlichen freiten verstanten, das sich Eur Liebden schwachheit wieder zu pessierung sick. Pit Got, das er Eur Liebden ier volkumene gesundtheit wiedert mit wel teillen. Es ist auch gar an not, die hoch enschuldigung, das mier Eur Liebden nit so selden^{a)} schreyben, kan wol glauben und getenken, das aus keiner ander ursach gesicht, als wie Eur Liebden melden. Ist mier nur truelich leit, das ein so pesse ursache hat. Ich pedanck mich der so vil fruenlich winssen und dienstwillig erpieten, das den Eur Liebden schreyben vol ist. Got der her wels Eur liebden reichlich vier mich vergelten und Eur Liebden solt auch^{b)} ganzlich nit ander als aller true und fruentschaft versehen.

Eur Liebden melden auch weider in derselben schreyben, das Eur

Liebden pegierig sein zu wissen,^{c)} wies mier und den jungen künigen get, das Eur Liebden gehort solt haben, das iern von nuen was schwach solt sein gebest und das^{d)} mier ein hofmeisterin gestarben solt sein. Darauf las ich Eur Liebden wissen,^{e)} das - Got den her sey lob - ich^{f)} und ier lieben unser personen halben - Got den her sey lob - frisch und gesundt sein. Das ist wol war, das die künigin Katharina ein zeit lang grossen schmerz hat gehabt an zenten und ist darnach ein flus zugeschlagen, das ier ein geschwer in munt daraus ist wardent; des ist aber aufprochen undt zum muent ausgerun. Aber ier majestet hat nicht pas gehab, aber iez sein si per frisch und gesundt. Aber Eur Liebden solt wissen, das wier iez nit peyeinander sein, dan der sterb hat uns teil. Den es ist war, wie Eur Liebden hat gehert, das mier der sterb ins^{g)} frau Zimmer ist kumen und ein alt frau^{h)} an den possen gestarben, aber nit die oberist hofmeisterin, sunder die auf die nach iunfrau zu sehen hat. Alspalt si gestarben ist, pin ich von Kraka aus sein majestet pefelhe gen Wopollomiz verrukt, aber nit lang tort pliben, den der sterb hat mich vertrieben hieher in die Nuestat Korczin und haben den sterb her auch prach; den alspalt wier her sein kumen, hatⁱ⁾ es hie auch angefangen zu sterben und hat zimlich zugenumen, derhalben^{j)} ich mit der hilf und willen^{k)} Gotes pis mantag von hinen auch verruk gen Wielian. Got der her geb gnat, das also aufher, den wol zeit worden, es wol in die 30 person von mein hof hat in genumen allerley reich und arben.

Ich pedank mich auch gegen Eur Liebden das fruenlichen mitleiden halben, das sein majestet wieder in die Wilten ist. Es ist mier leit genung, wie solt ich in aber dein? Mus gleich got der heren peflen. Hof, wan der sterb aufher, wier wurden palt wieder zuesamen kumen. Got der her sick mit glich und freiden, im^{l)} zu er, mier zu meiner sellen saligkeit nuz. Des alles hab ich Eur Liebden zue fruendlicher anwurt nit wellen vorhalden. Due mich Eur Liebden ganz fruenlich pefelen.
Datum Nuestat, den 21. tag Setembris.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina künigin zu Polen.

a) *in margine, pro expunctis litteris: st*

g) *in ms. sterbims*

b) *praecedit littera: g expuncta.*

h) *pro expuncto: auf suprascriptum.*

c) *w in wissen correctum ex: p*

i) *praecedit expunctum: ist*

d) *correctum ex: dan*

j) *praecedit littera: h*

e) *in ms. winssen*

k) *in ms. willien*

f) *praecedit expunctum: wol*

l) *correctum ex: ein*

N. 784.

Vilnae, 23.IX.1559.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de causa regundorum finium et de commissariis suis ad eam rem designatis; de negotio coadiutoris Rigensis [Christophori Megapolensis].

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.314.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime, salutem prosperosque rerum omnium eventus.

Redditae sunt nobis literae ab Illustritate Vestra, in quibus a nobis postulat, ut id, quod inter nos de negocio finium inter Magnum Ducatum nostrum Lituaniae et Illustritatis Vestrae ditiones constitutum est, exequendum mandemus. Quod quidem magnae curae nobis est nihilque pridem magis studemus, quam ut eae res ad effectum deducantur, idque tum ut Illustritati Vestrae pro nostro in eam studio gratificemur, tum ut omnes controversiae inter nostros et Illustritatis Vestrae subditos conquiescant atque tranquillitas et iura vicinitatis inter eos fermentur. Porro hactenus multae in dies causae intercesserunt, quae voluntatem institutumque hoc nostrum impediabant, ac ne nunc quidem, cum propter multas Reipublicae causas, tum ob pestis, quae multis in locis in ditionibus nostris pervasit, pericula, eas ad res constituendas Commissarios nostros ablegare possumus. Insequetur deinde tempus, hyeme nivibusque ac tempestatibus incommodum. Itaque necessario omnem eam rem ad tempus magis oportunum distulimus.

Designavimus autem eam ad rem conficiendam Commissarios nostros Reverendum in Christo Patrem Dominum Ioannem Episcopum Samogitia^e¹⁾ et Illustres ac Magnificos Nicolaum Radziwil in Olika et Nieswiesch Ducem, Palatinum Vilnensem, Magni Ducatus nostri Lituaniae Supremum Marschalcum et Cancellarium, Brzestensem et Kownensem Capitanum, Nicolaum Radziwil in Dubinki et Bierze Ducem, Palatinum Trocensem, Magni Ducatus nostri Exercitum Generalem, Lidensem et Mazerensem Capitaneum, Hyeronimum Chodzkowicz, Castellanum Trocensem et terrae Samogitiensis Generalem ac Plocensem Capitaneum. Qui quidem ad diem Divo Urbano sacrum cum plenis mandatis nostris ad loca finium descensuri atque omnia in exequationem posituri sunt.

Quod Reverendissimum et Illustrissimum Dominum Coadiutorem Archiepiscopatus Rigensis attinet, brevi missuri sumus in Livoniam Legatos nostros, quibus ea quoque de re mandata daturi sumus. Tandem Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum Vilnae, die XXIII mensis Septembris, anno Domini MDLIX, Regni vero nostri anno XXX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) Domanowski

N. 785.

Vilnae, 20.X.1559.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*ut profugi coloni, Ioannis Piotrowicz subditi, in ditionibus ducis latitan-
tes, domino suo restituantur.*

(Subscriptum: Nicolaus Radzivyl Palatinus Vilnensis et Cancellarius
m.p.)

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.314.

N. 786.

Vilnae, 31.X.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Henrico Gersdorff, stipatore suo, cui a praefecto ducis Dabrovicensi
iniuriae illatae sunt.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.314.*

N. 787.

Vilnae, 7.XII.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de lite inter Fridericum Bornstet et Ludovicum Jezierski.
(m.p. regis subscriptum)
Vest. sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.314.*

N. 788.

Vilnae, 22.XII.1559.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
oratorem ducis, aliquanto diutius a se retentum, demum se cum re-
sponso dimisisse significat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.314.*

N. 789.

Vilnae, 20.II.1560.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
binas ducis litteras atque vina Rhenensia sibi dono missa se accepisse
notificat et nuntiat se elapsa feria sexta una cum sororibus regis
Vilnam pervenisse, regem tamen infirma valetudine laborantem inve-
nisce; se fratri suo, qui eam visitaverat, negotia ducis sedulo com-
mandasse suoque tempore significaturam esse, quem exitum haec
ipsius commendatio habuerit; de infirma ducis sanitate dolet.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.315.*

N. 790.

Vilnae, 8.V.1560.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro litteris 29.IV. Regiomonte ad se datis gratias agit gaudetque litteras suas, 20.II.1560 scriptas et a palatino Marienburgensi duci allatas, ipsi gratas fuisse (praesertim ob studia sua in negotio ducis apud fratrem suum); se excusat, quod desiderio ducis, ut ipsi manu propria scribat, propter aegritudinem satisfacere nunc non potest.
(Germanice)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.315.

N. 791.

Vilnae, 25.VI.1560.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de fuga uxoris nobilis Georgii Baranowicz, quae in ditionibus ducis apud matrem refugium nacta latitat.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.315.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Exposuit nobis Nobilis Georgius Baranowicz, subditus noster, Annam Dacbogowna, coniugem suam, una cum nato suo, spraeto^{a)} vinculo co-niugali et ipso marito cum multa alia sobole relictis, fugisse et in ditio-nem Illustritatis Vestrae cum non parva parte substantiae illius se con-tulisse atque apud Nobilem Appoloniam Dacbogowa, matrem suam, lati-tare. Quae quidem licet Illustritatis Vestrae^{b)} de restituenda et tradenda ipsa Anna et libero, cum rebus per ipsam asportatis, admonita fuerit, hucusque tamen nulla ratione legum divinarum et humanarum ac lite-rarum et mandatorum Illustritatis Vestrae habita, denique et ultra con-tractum, inter eos coram officio Illustritatis Vestrae castri Licensis hac in re factum, fovere ac eandem tueri auderet. In quo se is nobilis ad ipsa haud modice gravatum queritur supplicavitque nobis, ut sibi clementer providere dignaremur. Nos autem etsi nihil dubitemus Illustritatem Ve-stram id, quod iuris iusticiaeque fuerit, sponte sua facturam, tamen pre-cibus supplicibus huius querentis permiti ab Illustritate Vestra postu-lamus, ut in praemissis huic, de qua queritur, ius quam primum reddi iubeat. Optime tandem Illustritatem Vestram valere optamus. Datum Vilnae, XXV Iunii, anno Domini MDLX, Regni vero nostri anno XXXI.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

^{b)} sic in ms.

N. 792.

Vilnae, 18.VII.1560.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de pecuniae summa a Sigismundo Wolski Thomae Koss, civi Regiomontano, debita.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.315.

N. 793.

Vilnae, 29.VII.1560.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
de 400 bobus pro duce Alberto sine vectigalium solutione exigendis.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
(Huc annexae sunt litterae ducis Alberti, in charta pergamena exaratae, emptionem boum "exhibitoribus praesentium" mandantes)
H B A, B 1, K.315.

N. 794.

Vilnae, 6.IX.1560.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Francisco Moller ex carcere liberando.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.315.

N. 795.

Orany, 14.IX.1560.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
[Gabrieli Tarlo]
de arce Kowel.
(Polonice, m.p. regis subscriptum)
Sigill. IX.
H B A, B 1, K.315.

N. 796.

Vilnae, 5.X.1560.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
"reverendo in Christo patri"
sententiam eius scire vult in negotio prospectati matrimonii sororis suas
natu minoris [Catharinae] cum duce Moschorum [Ioanne IV].
(Exemplar)
H B A, B 1, K.315.*

Sigismundus Augustus etc.

Reverende in Christo Pater, sincere nobis dilecte.

Venerunt nuper ad nos Legati Ducas Moschorum, qui cum nonnullis aliis de rebus agerent, tum in primis a nobis Principis sui nomine postularunt, ut illi natu minorem sororem nostram in matrimonium collocemus, multis verbis commemorantes eam necessitudinis atque affinitatis cum Principe illorum coniunctionem, tum ad pacem amicitiamque inter nos firmandam pertinere, tum ad multa nobis ditionibusque nostris usui fore. In quo illud quoque non obscure significarunt, nihil enim se, quod ad pacem constituantur pertineat, antea acturos apud nos esse, quam de eo matrimonii affinitatisque negotio certum responsum a nobis acceperint. Cum itaque nihil unquam de Illustrissimarum sororum nostrarum nuptiis absque Consiliariorum nostrorum sententia statuere soleamus, cumque ea res eiusmodi esset et ob novitatem et propter mores, ritus universamque gentis illius rationem multas magnae deliberationis causas coniunctas haberet, in quibus tum Illustrissimae sorori nostrae, tum Regno ditionibusque nostris consuli a nobis debere iudicemus, referendum nobis de ea ad Synceritatem Tuam caeterosque Regni Consiliarios iudicavimus.

Hortamus itaque Synceritatem Tuam, ut nobis consilium suum significet, ac primum quid a nobis fieri oportere existimet, deinde quae illi ratio eius, quod sequendum putaverit agendique videbitur, ad nos perscribat totaque ea de re quae sua sententia sit, primo quoque tempore nobis explicet. Tandem bene valeat Synceritas Tua. Datum Vilnae, V die Octobris, anno Domini MDLX, Regni vero nostri XXXI.

Ex Sacrae Regiae Maiestatis commissione propria.

Notula archivistica: An die Reichsräte.

N. 797.

Vilnae, 8.X.1560.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro tribus epistolis, necnon pro vinis, butyro et caseo a duce sibi missis,
gratias agit.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.315.*

N. 798.

Vilnae, 9.X.1560.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci*

*pro Alexio Ciecholewski (in ms. Ciecholiewski), ut ei copias aliquarum
scripturarum in Metrica ducis custoditarum conficere liceat.*

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.315.

N. 799.

Vilnae, 26.X.1560.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci*

*[Georgium] Komajewski, in scholam Regiomontanam rei litterariae et
studiorum ablegatum, commendat.*

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.315.

N. 800.

Vilnae, 21.XI.1560.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci*

*pro Georgio Telowski, subdito suo, causam iudicialem coram duce cum
Georgio Hugendorff, capitaneo Rastemburgensi, habituro.*

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.315.

N. 801.

Vilnae, 30.XI.1560.

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci*

*ducem rogat, ut domino a Dohna id exoranti arcem Morag (Mohrungen)
ulterius possidendam relinquat, de qua re palatinus [Marienburgensis,
Achatius Czema] relaturus est.*

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.315.

Durchleuchtigister furst, fruenlicher mein herzlieber her und vatter,
Eur Liebden sein mein fruenlich grus undt als lieb undt guetes zuvor.
Mich hat der von Don gepeten, in an Eur Liebden zu verschreyben

von weg das schlösch Morungen, wie Eur Liebden dan die ganz sachen,
was sein pegeren ist, von den her Vayvota versten werten, den ich gepe-
ten hab, solhes in mein namen pey Eur Liebden anzupringen. Pit, nachden^{a)}
der von Don nun 17 jar sein künigliche majestet getrue und wol dient
hat, auch sich gegen meiner perschon almal nit anders als ganz dienstlich
verhalden, auch^{b)} sein prueder Eur Liebden mit allen truen dient hat,
so ist an Eur Liebden mein ganz fruenlich pit, in sein pegeren^{c)} gene-
digist gewert in der massen, das er sech und erkennen kint, das Eur
Liebden in mein viergeschrieff geniessen habe lassen. Das wil ich wieder
in aller fruenschaft um Eur Liebden vergleichen. Due mich Eur Liebden
ganz fruenlich pefelhen. Datum an sant Antres tag.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) *sequitur*: den

b) *praecedit* so *expunctum*.

c) *praecedit* ge *expunctum*.

*Annexum: Catharina regina Poloniae ad Achatium Czema, palatinum M-
rienburgensem (sigill. XIII).*

Lieber her Vayvota.

Ich kan Euch nit pergen, das mich der von Dan peten hat, an den
herzog zu Preissen zu schreyben von wegen des^{a)} geschlosch, das er von
herzogen hat, das er und seyne prueder ier leben lang mechten halden
wie pisher. Wan aber solhes ie nit muglich war, auf 15 iar nach ausgang.^{b)} Weil sich dan der von Dan alzeit erlich und wol an den hof hat verhalden,
auch sich sunderlich gegen meiner person almal ganz dienstlich und wal
erzeigt hat, hab ich in solhes seinen peger nit kinen abschlagen. Ist der-
halben mein ganz genedigist pegeren an Euch, welt unpeschwart sein,
die sachen selbst persönlich pey den fursten auszuricht und guetten fleis
darin hab. Das wil ich in allen gnaten gegen Euch erkennen und wo ich
Euch alzeit allen genedigen willen peweissen kan, pin ich genaigt. Datum
Vilna, den 30.tag Novembris.

Katharina kinigin zu Polen.

a) *hic verbum expunctum*: geschosch

b) *in margine octo verba illegibilia*

N. 802.

Vilnae, 30.XI.1560.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*rogat, ut dux subdito suo, Martino Follert, ob servitia ipsius per tot
annos in aula ducis praestita, officium tabellarii vel aliquod aliud
conferat.*

(Germanice, m.p. reginae subscriptum)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.315.

N. 803.

Vilnae, 15.XII.1560.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
nuntiat se ad baptismum nepotis ducis Achatium Czema iuniorem misisse.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.315.*

N. 804.

Vilnae, 20.XII.1560.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Iacobo Modrzewski, in servitium suum adscito, ut ei ab aula ducis
abesse liceat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. VIIa.
H B A, B 1, K.315.*

N. 805.

Vilnae, 18.II.1561.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ignoto principi [duci Megapolensi?] pro Christophoro de Schönwelt, ducissae Prussiae aulae magistro.
(Exemplar)
H B A, B 1, K.315.*

N. 806.

s.l., 26.II.[1561].

*Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
se palatino [Marienburgensi, Achatio Czema] oretenus quaedam commi-
sisse nuntiat, in scripto tamen dominum a Dohna (Ton) breviter
commendat.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.315.*

N. 807.

Vilnae, 7.III.1561.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro litteris et novitatibus a palatino [Marienburgensi, Achatio Czema]
sibi a duce allatis gratias agit significatque regem coniugem ducis
commendationem benevolo animo accepisse.
(Germanice)*

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.315.

N. 808.

s.l., 18.III.1561.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de morte nepotis ducis condolet ducemque consolatur.
(Germanice)*

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.315.

N. 809.

Vilnae, 1.IV.[1561].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro litteris sibi a palatino [Marienburgensi, Achatio Czema] allatis gra-
tias agit amicitiamque suam duci defert; de negotio domini a Dohna
(Ton) palatinus oretenus duci relaturus est.
(Germanice)*

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.315.

N. 810.

Vilnae, 21.IV.[1561].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro binis litteris gratias agit et gaudet consolationem suam ob nepotis
mortem duci acceptam fuisse.*

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.315.

N. 811.

s.l., 1.VII.[1561].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

de tribus epistolis amicitia plenis et de precibus pro se et rege coniuge suo gratias agit amicitiamque suam duci defert; nuntiat praeterea se Erhardum a Kunheim pro meritis suis quam maxime promovere velle.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.315.

N. 812.

Vilnae, 9.VIII.1561.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

litterae fidei pro Erhardo a Kunheim in causa oppignorationis districtus Georgenburgensis (Iurborgensis).

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.315.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Ea, quae nobis Illustritas Vestra per Nobilem Erhardum a Kunheim, coniugis nostrae charissimae Secretarium, ratione oppignorationis districtus Georgenburgensis, ad proximam declarationem nostram per eundem factam, referri hoc tempore voluit, lectis primum fidei literis ex Ragneta ad nos datis, probe et sufficienter intelleximus. Mandavimus autem eidem Erhardo a Kunheim, ut quicquid responsi loco in hoc negotio a nobis accepit, literis id suis Illustratae Vestrae declararet. Cui ut Illustratas Vestra in omnibus, quae nostro nomine illi significabit, fidem indubitatam habeat, diligenter ab illa efflagitamus. Id quod Illustratam Vestram caelare noluimus. Quae bene foeliciterque diu valeat. Datae Vilnae, die 9 Augusti anno Domini 1561, Regni vero nostri 32.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 813.

Vilnae, 15.VIII.1561.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

universis

de pecunia pro oppignoratione arcis Georgenburgensis (Iurborgensis) a duce Alberto, Erhardo Kunheim mediatore, accipienda.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.315.

Sigmundus Augustus z Bozey laski Krol Polszki wielki Ksiadz Lithewszki, Ruszki, Pruszki, Zmodzki, Masoveczki i inich pan i dziedzicz.

Oznaymuim thim listhem nassem, isz poslalismy Secretarza Kroliovey Iey Mosczi paniey Malzonki nassey miley, Erharda Kumhema, y Dzierzawcze Przevalskego, Iana Paluszkiego, do miastha nassego Kovienskiego ku odebraniu sumy thrzidzieszcia thisięci thalierow od Kxiazeczia Iego Mosczi Pruskiego na zasthavę imienia nassego Iurborku: kthore pieniadze od poslancow Kxiazeczia Iego Mosczi Pruskiego; tham w Kownie oni wziawssi then listh nasz s szwoiemi kwithami maia im dacz, kthori listh nasz i s kwithami thich poslanczow naszych vyszey mienionich mamy zasię od Kxiazeczia Iego Mosczi prziiacz. A na the zasthavę imienia nassego Iurborg mamy listh Kxiazeczu iego Mosczi Pruskiemu dacz. A dla liepszego swiadeczthwa then listh nas reka wlassna podpiszalismi y pieczecz naszę k niemu przyczisznacz kazali. Dan w Vilnie, piethnasthego dnia miesiacza Sierpnia Roku Bozego Narodzenia thi siacz pieczszeth sesczdzieciath pierwszego.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 814.

Vilnae, 31.VIII.1561.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
de summa 20000 florenorum a duce Alberto accepta.*

Sigill. IX.

H B A, B 1, K.315.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus praesentibus literis nostris, quia Illustrissimus Dominus Albertus Marchio Brandenburgensis, Princeps Prussiae, habita rerum nostrarum hoc praesertim belli tempore ratione, volensque propensam sui erga nos animi testari voluntatem et gratificandi studium, nobis certam pecuniarum summam, nemque viginti millium florenorum, per grossos triginta Poloniae computatorum, per Nobilem Nicolaum de Withmansdorff, Consiliarium et Thesaurarium suum, misit. Quam summam nos plene et effectualiter numeratam ad arculam nostram percepimus. In cuius rei fidem et testimonium praesentes manu et sigillo nostro, quo utimur, communivimus. Datum Wilnae, die ultima Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Regni vero nostri anno trigesimo secundo.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

Vilnae, 2.X.1561.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

ut commissarios ad revisionem et conscriptionem bonorum Georgen-
burgensium (Iurgenburgensium), nondum confectam, denuo mittat.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.315.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Misimus non ita pridem ad Illustritatem Vestram Commissarios nostros in negotio bonorum nostrorum Iurgenburgensium, ut in ea nostro nomine Illustritati Vestrae integrum possessionem facerent, revisisque et conscriptis omnibus earum^{a)} limitibus, nobis earundem descriptionem, sigillis et manu subscriptione Commissariorum Illustritatis Vestrae communitatam, reportarent. Quod idem et nostris Commissariis faciendum commissum fuerat, ut idipsam revisionem et conscriptionem limitum praedictorum bonorum, subscriptione et sigillis suis corroboratam, Commissariis Illustritatis Vestrae simili modo traderent, ut in posterum cognitio et scientia aliqua eorundem limitum conservaretur.

Cum vero nobis Commissarii nostri exposuerunt, ut exortis inter eos nonnullis controversiis in revidendis et conscribendis praedictis limitibus, a dictis Commissariis Illustritatis Vestrae corroborationem eorum conscriptorum limitum obtinere non potuerunt, nullis rebus peractis ad nos reversi sunt. Quapropter cum rem esse et dignam et necessariam existimamus, ut revisio et conscriptio bonorum Iurgenburgensium instituatur atque predicto modo ab utraque partibus Commissariis^{b)} corroboretur, ideo ad petitionem Illustritatis Vestrae denuo Commissarios nostros eo misimus, ut revisis et conscriptis limitibus exemplare unum, sigillis Commissariorum Illustritatis Vestrae communatum, nobis reportent taleque exemplare conscriptorum limitum, simul ab illis subsigillatum, Illustritatis^{b)} Vestrae tradent,^{b)} curentque, ut iuxta conscriptionem eorum Illustritati Vestrae sine ulteriori mora bonorum praedictorum possessio fieret. Quo etiam suos Commissarios ablegare velit, ab Illustritate Vestra postulamus. Quam diu foelicem esse cupimus. Datum Vilnae, die secunda Octobris, anno Domini MDLXI, Regni nostri trigesimo secundo.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

^{b)} sic in ms.

Vilnae, 11.XI.1561.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

canes et certos fructus ("konfekt") dono mittit.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.315.

N. 817.

Vilnae, 5.I.1562.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
gaudet dona sua duci missa (canes et "konfekt") ipsi placuisse.
(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.316.

N. 818.

Orany, 18.I.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro Stanislae Ćwikla, oppidano Grodnensi, cuius servitor cum certis
mercibus sine ulla causa a praefecto ducis primum retentus, deinde
dimissus est, parte tamen mercium non restituta.
(Sine subscriptione)

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.316.

N. 819.

Vilnae, 28.I.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
litterae credentiales pro Achatio Czema.

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Cum mitteremus ad Serenissimum Dominum Daniae Regem,^{a)} fra-
trem et affinem nostrum charissimum, in nostris et Reipublicae Regni
nostrri arduis negotiis Generosum Achacium Czema, Secretarium et auli-
cum nostrum, cui per dictiones Illustritatis Vestrae iter hoc suscipiendum
est, committere noluimus, quin per eum Illustritatem Vestram invisere
non deberemus. Commisimus itaque illi, ut Illustritatem Vestram no-
mine nostro inviseret. Quam diu ac foeliciter bene valere cupimus, eique
omnia ex animi sentencia cedere optamus. Datum Vilnae, die XXVIII
Ianuarii, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

^{*}) Cfr. El. XXIV, N. 46, ep. ad Fridericum II.

Vilnae, 1.II.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
rumores de motibus Moschovitarum in Livonia, ad ducem et archiepi-
scopum Rigensem perlatos, vanos esse nuntiat.*

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Agimus Illustrati Vestrae magnas gratias, quod nos certiores facit de iis rumoribus, quae^{z)} ad illum et ad Illustrem et Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem¹⁾ de motibus et tumultibus Moschovitarum preferuntur, simulque quod nos amanter admonet ad propulsandam a Livonia Moschovitarum violentiam. Nos quidem, quantum in nobis est, non desumus officio nostro, nam et hactenus, non mediocri iactura aerarii nostri, aliquot milia equitum et peditum nostro sumptu isthic sustinemus ad arcendam vim hostium. Quod quidem nisi fieret, iam pridem misera et omni caeterorum Principum christianorum auxilio destituta Livonia universa in potestatem barbarorum concessisset, et in posterum, quantum viribus et opibus valebimus, dabimus operam, ne haec florentissima quondam viris et urbibus provincia aliquid detrimenti actipiat.

Utinam vero eodem, quo nos sumus, erga hanc provintiam sint animo caeteri christiani Principes, atque ii praesertim, quorum officium agitur et qui sunt Livoniae iam pridem arctis necessitudinis et societatis ac communium foederum vinculis coniuncti, nihil profecto in eo negotio laboraretur. Sed quod attinet eos rumores, quos ad se Illustritas Vestra permanasse scribit, sciat eos esse vanos. Certum enim nobis est et exploratum parata nunc esse isthic omnia, neque Moschovitas hac hieme quicquam esse molituros. Quod si etiam maxime conentur, non posse propter vim et altitudinem nivium, quae in finitimis Livoniae et Moschoviae locis deciderunt, tum etiam propter uligines et paludes minime astructas glacie, quas nulla ratione possunt hoc tempore transmittere. Quare non est, quod Illustritas Vestra iis rumoribus permoveri debeat. Pergratum tamen nobis est hoc illius erga nos officium et singulare erga Livonios studium. Quam bene ac prospere valere cupimus. Datum Vilnae, die primo Februarii, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

^{z)} *sic in ms.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

N. 821.

Vilnae, 6.II.1562.

Catharina regina Poloniae
Alberto in Prussia duci
se et regem coniugem bene valere nuntiat et de ducis infirma valetudine
dolet convalescendique auguria mittit.
(Germanice)
Sigill. XIII.
H B A, B 1, K.316.

N. 822.

Vilnae, 15.II.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
canonicorum Varmiensium actiones contra haereticos probat.
Sigill. IX maius.
H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.
Accepimus literas Illustritatis Vestrae, quibus quaeritur de Canonicis Varmiensibus, illos in oppidis et civitatibus suis mandasse subdittis suis, ne quisquam sectas haereticorum sectetur, neve sacramentum altaris nisi sub una specie percipiat. Quae quidem res cur offendat Illustritatem Vestram, non facile intelligimus, quandoquidem Canonici Varmienenses non ut homines curiosi facere solent in aliena ditione, sed in oppidis et urbibus suis id prohibent, quod non modo verborum concertationes et animorum contentiones, a quibus nos Paulus Apostolus procul abesse iubet, sed etiam urbium et Rerum publicarum seditiones excitare soleat, eamque religionem firmam et incorruptam esse cupiant, in cuius unitate et tranquillitate nos et patres nostri nati et educati sumus. Qui autem ab ea recesserunt, ex iis plerique cum in varios eosque turbulentissimos errores incidissent, singulis fere annis alios atque alios religionum ritus suscipiunt et nunc Luteri, nunc Osiandri, nunc Calvini, nunc vero aliorum turbulentorum hominum figmenta tuentur sibique instar Vertumni varias subinde atque varias formas et personas ridicule induunt, ut plerique illorum ob suam ignorantiam et levitatem animi non irrisione, sed misericordia dignissimi esse videantur.

Quare non videmus, cur Illustritati Vestrae hoc Canonicorum Varmiensium displicere debeat institutum, praesertim cum illis nulla unquam constitutione conventus Regni interdictum sit, ne illi religionem iam pridem observatam in ditione sua tueantur, neve iure suo utantur in homines sibi et suae iurisdictioni subiectos. Nos quidem eo sumus animo in Illustritatem Vestram, ut illi rebus omnibus gratificari cupiamus, sed per leges et instituta Regni nostri nequaquam nobis licere putamus prohi-

bere quemquam uti iure et iurisdictione sua in homines sibi subiectos.
His Illustratatem Vestram optime valere cupimus. Datum Vilnae, die XV
Februarii, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

N. 823.

Vilnae, 25.II.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro civibus Gedanensibus, telonei Caunensis tenutariis, ne a praefectis
ducis turbentur et molestiis afficiantur.*

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime, salutem
prosperosque rerum omnium successus.

Expositum est nobis nomine Spectabilium et Famatorum Proconsulum, Consulum caeterorumque Ordinum civitatis nostrae Gedanensis, Tenutariorum theloni nostri Caunensi, Illustratatis Vestrae in arce Ragnet et in Iurgenburck, capitaneatu nostro, Praefectos hactenus eos, quos ipse Senatus Gedanensis ad procurandas eiusdem theloni rationes in oppidis nostris Iurgenborck et Nova Wolia aliisque in locis constituit, admittere noluisse, imo illis certos agros in Iurgenborck, in quibus habitare semper consueverant, ademptas, sigillatim vero Notarium eorundem in Nova Wolia moram gerentem praefati Illustratatis Vestrae in Ragnet Praefecti vel Capitanei iussu in carcerem coniectum variisque iniuriis affectum, ac etiamnum duos equos illi propter theloni rationes ablatos esse.

Quod non tam ipsis Gedanensibus, quam nobis et Camerae nostrae maximo incommodo venit, eo quod plerique mercatores ac alii, tam nostri quam Illustratatis Vestrae subditi, libertate isthac freti, in theloni nostri Caunensis fraudem plurimas merces absque vectigalis solutione partim clam subducant, partim etiam vi et violenter subtrahant, maxime vero Praefectis et Notariis in eam rem deputatis, cum eiusmodi hominum temeritati resistunt, verbera et mortem quidam minari dicuntur. Cum tamen literis nostris patentibus, antequam capitaneatus Jurgenburgensis Illustratati Vestrae traderetur, edictum pactisque peculiaribus, ratione eiusdem capitaneatus constitutis, cautum sit, ne quisquam Officialium, tam nostrorum quam Illustratatis Vestrae, Praefectos eiusdem theloni vel iudicaret vel molestia aliqua afficeret.

Quare cum Illustratatis Vestrae iussu id non factum esse arbitremur, eandem hisce literis nostris admonendam duximus, prout admonemus, ac ab ea pro necessitudinis nostrae ac pactorum iure postulamus, ut Praefectos et subditos suos omnes, praesertim vero Capitaneum in Ragnet, cohbeat, ne in posterum ullo modo praefatus Senatus ac Ordines civitatis nostrae Gedanensis in gubernandis theloni rebus, tam in oppido

nostro Iurgenborck et Nova Wolia, quam etiam Illustritatis Vestrae dictio-
nis locis, quavis ratione turbentur et impediuntur. Verum ut eos, quos
exigendis vectigalibus in iis locis praefecerint, pacifice manere sinant
ademptumque agrum et equos primo quoque tempore reddi current,
Illustritas Vestra provideat. Faciet Illustritas Vestra rem necessitudinis
ac pactorum nostrorum rationibus convenientem et nobis perquam gra-
tam. Quae bene valeat. Datae Vilnae, XXV die mensis Februarii, anno
Dominii MDLXII, Regni vero nostri anno XXXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 824.

Vilnae, 5.III.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*rogat, ut dux praedicatores [Calvinistas] in Ducatu Prussiae commo-
rantes et in Regnum se conferre volentes a profecione prohibeat, ne
vanos tumultus inter populum excident; praedicatores vero confes-
sionis Augustanae tolerare, quin et fovere, promittit.*

Sigill. IX.

(Annexum: *Litterae Kunheim ad ducem fere de eadem re, in quibus
regis Poloniae cum rege Sueciae [Erico XIV]: adsunt etiam notulae
cancellariae*).

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus von Gots gnaden kunigk zue Polen, grosfurst
in Lyttawen, Reussen, Preussen, Masawen etc. herr und erblingk.

Hochgeborner furst, freundlicher geliebter ohem.

Wyr kummen in gewisse erfahrung, das sich etzliche predicanen in
Eur Liebden furstenthum verhalten sollen, welche in irer leer nit reyn.
Und nachdem sie vormercken, das sie von deswegen bey Eur Liebden
keyn stell haben muegen, sollen sie des furhabens seyn, sich hieher an
disse ort zue begeben und iren eyfr und schwermerey undter unsere
undterthanen alhier auszuebreytten. Dieweil wir dann leicht bey uns abzuen-
nen, was endtlichen aus solchen und dergleychen zerruttungen ent-
stehen muchte und wyr uns schuldig erkennen, deme allen, als viel
muglich, vormittelst gottlicher gnaden furzuekommen, als ist demnach
ahn Eur Liebden unser vleyssiges und freundlichs begeren, da dieselben
predicanen noch des furhabens oder auch sich in kunftigen zeytten der-
gleychen zuetragen muchte, Eur Liebden auf die mittel und weg wolle
bedacht seyn, damit eyn solches abgeschafft, sie in irem furnemen gehin-
dert und also an disse ort nit gelangen muegen.

Die leerer aber, so sich mit dem reynen wort Gottis voraynigen und
all ir thuen nach der Augsburgischen Confession anstellen, auch bey der-
selben bleyben und vorharren, syndt wir in gnaden zue dulden, auch zue
befurdern nit ungeneigt und wolten solches Eur Liebden, damit sich
dieselb um so viel mer darnach zue richten, gutter meynung nit bergen,

die es auch also bey sich bleyben und, was wyr hiemit an dieselbe begeret, ferner nit kommen lassen werden. Ahn solchem thun uns Eur Liebden ein besondern gefallen, so wyr in allem gutten hinwiederumb jederzeit zuerkennen geneigt, Eur Liebden hiemit in den schutz des alerhochsten treulichen empfelende. Datum zur Wylde, den 5. tagk Martii im 1562 jhare.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

Annexum I:

Gnedigster furst und herr.

Fur etzlich tagen hat die khunigliche majestet allerley mit mir ge redt von religionssachen, undter anderm auch gedacht des predigers, so sich nun etzlich wochen zue Khunigsbergk vorhalten und des Zwinglii oder Calvini irthum zuegethan; mir stracks darauf beholen, ein schreyben in seiner majestet namen an Eur furstliche durchlaucht derohalben zue fertigen, wie Eur furstliche durchlaucht beyliegends zu ersehen, dann weil sein majestet keiner sect mer zuewider als eben der, so von Calvino und seim anhang ausgebreytet, und nit gern wolte, das die itzige deutsche predigt, so gott lob zimlich alhier im schwang gehet und in allem der Wittembergischen kirchen gemes gehalten, durch einigerley weg sollte gehindert und das Calvinische teil also gestercket werden, haben sein majestet den sachen in zeyten furkummen wollen und vorsehen sich seine majestet, es werden Eur furstliche durchlaucht solch schreyben ins erst widerumb beantworten, darnach sein majestet, wie ich spure, ein besonderes vorlangen tragen werden. Und weil sein majestet daneben etzliche wichtige bedencken, das sie solchs nit gern wolt offentlich noch zur zeit von sich geredt haben, zweiveln sein majestet nit, es werdens Eur furstliche durchlaucht woll bey sich bleyben lassen.

Was ich am nechsten von schwedischen sachen an Eur furstliche durchlaucht gelangen lassen, werden dieselb nummer von Baltzer Gansen vornummen haben. Nun ist derselb schwedische bott itzt abgefertigt. Und was belangt die zuesamenkunft seiner majestet mit dem khunig zue Schweden, haben sein majestet mir heut zum teil ein bescheidt geben, doch mich wider auf morgen zue sich bescheyden; was der endtliche beschlus sein wirt, schreib ich hernachmals.

Uber das sagt mir sein majestet, das schwedische gesandten unterwegens sollen nun alle tag hie ankummen, zwene vom khunige und eyner, Ezechias Gopper, von herzoge aus Finlandt. Es wissen aber sein majestet noch aigentlich nit, was ir anbringen sein werde. Der herr von Dhonen kumpt mit, der von Tentzin ist dahindten blieben.

II: Notulae cancellariae eiusdem saeculi:

[1.] Dieweil es disse gelegenheit, welchs ich warlich vorgessen, so mag es woll bleiben; allein das underzogene mocht ausgelassen werden etc.

Alia manu:

[2.] Hochgunstiger Her Canzler.¹⁾ Furstliche durchleuchtigkeit begeren, Ir diese schrifte lesen wollet, damit sie auch muchten abgefertigt werden.

Euer williger

B[althasar] Gans.

Iterum alia manu:

[3.] Lieber Her Secretari. Ich weys doran, weil es den hern also gefellet, nichts zu bessern, obwoll allerley bedenken zu fallen, so send sie doch nichts.^{a)} Do aber ich des n[otam] gemacht, habe^{b)} ich dis bedenken, das mich nicht deucht, so vil aus koniglichem schreiben zu vornemen, sunder Kunheym schreibt es vor sich. Dorumb so muste der punct geendert werden, sentemhall dem guthen gesellen doraus beschwer folgen kan, wo man mher und^{b)} weyter gehen sollte, als der konig schreibt. Stelle es demnach zu furstlicher durchleuchtigkeit beschluss etc. Ob ichs oder nichts doran zu endern etc.

Eadem manu atque [2.]:

[4.] Hochgunstiger Her Canzler. Damit Ir den sachen des richtiger nachzudencken, weil ich werlich des^{c)} Kunheims unglimpf nicht gern ursachen sehen, ^{d)}weniger darin dinen^{d)} wald, sende ich Euch beede schreiben. Doraus werdet Ir finden, das konigliche majestet in irem schreiben di waich seyn. Stelle derhalbe in Eur bedenken, ab es über das also abgehen zu lassen bedenklich etc.

Euer williger

B[althasar] Gans.

a) sequitur verbum expunctum: dan

d)-d) in margine

b) sequuntur aliquae litterae expunctae

1) Ioannes de Kreitzen

c) sequitur verbum illegibile.

N. 825.

Vilnae, 16.III.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de querelis parochi Iurborgensis contra procuratores ducis, veteres ritus ecclesiasticos mutare conantes.

Sigill.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime.

Relatum est ad nos nomine Honorabilis Nicolai, in Iurborg, oppido nostro, Paroeci, ipsum graviter queri adversus Officiarios seu Procuratores Illustritatis Tuae in illo ipso oppido nostro, quod ii mutationem quandam religionis et rituum veterum ecclesiasticorum, in illa paroecia hactenus ab initio fundationis illius ecclesiae observatorum, inducant

atque adeo instituant, non sine magno illius nostri pastoris dolore et iniuria populique scandalio, indeque animarum illarum ingenti periculo, supplicando super iis per nos provideri.

At quum nobis quoque ipsis licere non existimamus, ut aliquas mutationes eiusmodi in dominiis nostris faciamus, Illustritatem Tuam ob id diligentius hortamur atque adeo requirimus, ut omnino suos quoque illic Procuratores et Officiarios, atque adeo quosvis homines, prohibeat et arceat etiam, ut nihil eiusmodi designare et attentare audeant, iubeatque, ut ipsum pastorem suum iure in suos libertateque solita uti permittant sacraque omnia et ministeria solita agere non prohibeant aut quovis modo impedian, sed et in iis, quae illius sunt aut pendi illi solita sunt, aut ad illum quovis modo pertinent aut debentur, turbare et impedire audeant. Factura Illustritas Tua rem et suo officio dignam et nobis etiam gratam futuram. Quam optime salvam ex animo optamus. Vilnae, XVI Martii, anno Domini MDLXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

N. 826.

Vilnae, 6.IV.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de duobus pagis regiis, a duce sibi iniuste adiunctis.*

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime, salutem plurimam perpetuaeque foelicitatis continua incrementa.

Relatum nobis est Illustritatem Vestram non ita pridem, iam post concessionem atque tradicionem bonorum nostrorum Iurborgensem, sibi nomine hypothecae a nobis obligatorum, adiunxisse ad eundem districtum duos pagos seu villas nostras rusticas, videlicet Meize et Kuzaicie, proprias Magni Ducatus nostri Lituaniae, neque unquam antiquitus ad Ducatum Prussiae, immo neque ad eum districtum nostrum Iurborgensem pertinentes, neque in concessione atque traditione dictorum bonorum nostrorum Illustritati Vestrae assignatas atque traditos.²⁾ Itaque Illustritatem Vestram hisce nostris benigne ac amanter commonendam postulandumque esse voluimus, quemadmodum et commonemus atque postulamus, ne se in eos pagos nostros citra causam ac rationem intromittere, quin potius eosdem nobis missos facere liberosque relinqueret velit. Factura Illustritas Vestra rem perinde officiosam atque

iustum et aequam ac nobis grata. Cumque his eandem Illustritatem Vestram valere optime ac semper foelicem esse pro nostra necessitudine ex animo cupimus. Datum Vilnae, VI Aprilis, anno MDLXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

^{a)} sic in ms.

N. 827.

Vilnae, 7.IV.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
commissarios ad dislimitanda bona regi, quos velit, et duci, quos velit,
eligere licere ducem admonet.*

Sigill. IX maius.

HBA, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Accepimus litteras Illustritatis Vestrae, quibus nobis significat Generosum Ioannem Kosthka, Castellananum Gedanensem, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarium, Pucensem Derschoviensemque Capitaneum, obtinuisse a nobis litteras commissionis nostrae ad dislimitanda bona sua cum certis bonis Illustritatis Vestrae, seu subditorum illius, super alios Commissarios quam eos, super quos prius Illustritati Vestrae in eodem negocio litteras commissionis nostrae dederamus. Quodque Illustritas Vestra a nobis petit, ut reiecta commissione nostra, Generoso Castellano Gedanensi data, negocium eorundem limitum prioribus Commissariis nostris, super quos prius Illustritas Vestra commisionem obtinuit, committeremus.

Ad quas quidem litteras Illustritatis Vestrae eidem Illustritati Vestrae ita rescribimus: eam esse in Regno et dominiis nostris consuetudinem, quod nemini petenti in Cancellaria nostra commisiones ad dislimitanda bona denegantur, sed unicuique petenti conceduntur. Qui autem Commissarii prius negocium aggressi fuerint, iidem illud terminare solent. Praeterea cum in pactis communibus, cum Illustritate Vestra initis, expresse contineatur nos, ex parte nostra, ad dislimitanda bona communia designare debere Commissarios, quos velimus. Similiter etiam Illustratatem Vestram ex parte sua, quos velit. Non videmus, quid a nobis desideret Illustritas Vestra, in quo pactis et foederibus communibus non esset satisfactum. Itaque censeremus Illustritati Vestrae, ut Illustritas Vestra eligat ex parte sua Commissarios, quos velit, ex parte vero nostra non eligat, sed id nobis faciendum relinquat. Cum his Illustritatem Vestram diu ac foeliciter valere optamus. Datum Vilnae, die VII mensis Aprilis, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria.

Vilnae, 10.IV.1562.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

solummodo, ut ducis expresso desiderio satisfaceret, Paulum Scalichium
imperatori Ferdinando I se commendasse nuntiat.

Sigill. XIII maius

H B A, B 1, K.316.

Katharina etc.

Hochgeborner furst, freundlicher geliebter herr und vatter.

Wir fuegen Eur Liebden freundlicher meynung zu wissen, das wir derselben schreiben durch Paulum Scalicher an uns gethan entpfangen, vorlesen und nach notdurft eingenuhmen und weitleufigt daraus vormercket, wes uns Eur Liebden von gemeltes Scalichers person und gelegenheit, so woll auch von seiner geschickigkeit und loblichem herkhummen also vleissigg vormelden wollen neben fernermt anhangk, so wir nach der lenge zu widerholen unnotigk erachten. Nuhn mugen wir Eur Liebden darauf gantz gutter meinungk nit bergen, wie wir uns jderzeit bevlissen, Eur Liebden in allem muglichen freundlichen und gutten willen zu erzeigen und, wes Eur Liebden an uns begeren oder gelangen lassen mochten, derselben ohn einige beschwer zue wilfahren, das wir des furnehmens nit allein noch, sondern auch kunftigs darinnen zuvorharren bedacht sindt. Und haben uns auf Eur Liebden also vleissiges ansuchen auch in diesem handel gutwillig vornehmen lassen und gemelten Scalicher, als oft ers begeret, fur uns gestadtet, wes auch sein suchen und anbringen gewesen, nach notdurft von ime angehoret. Und weil dan sein begeren furnemlich dahin gerichtet, inen bey der römischen kayserlichen majestet, unserm allergnidigsten hertzliebsten herrn und vattern, in etzlichen sein oligen zu vorschreiben, wiewol wir in keinen zweifel setzen, die kayserliche majestet sich kegen ihnen und mennigklich auch one solche oder dergleichen furbitten der billigkeit nach wol zuvorhalten wissen, sindt wir doch unbeschweret gewesen, auf Eur Liebden also vleissiges ansuchen ihn bei hochstgemelter kayserlichen majestet zu vorschreiben, wie Eur Liebden von ihm selbst zu vornehmen. Wusten wir auch Eur Liebden in einem mehren freundlichen und gutten willen zu erzeigen, solten Eur Liebden der zuvorsicht zu uns sein, das wir es an unser person eigentlichen nit wollen erwinden lassen. Und wolten Eur Liebden solchs auf derselben schreiben freundlichen zuer andtwort nit vorhalten.

Dieselbe hiemit in den gnadenreichen schutz des allerhochsten gantz treulichen entphelende. Datum zuer Wilde, den 10. tag Aprilis im 1562 jahr.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

Vilnae, 17.IV.1562.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Iacobo Liebe.

(Germanice, m.p. reginae subscriptum)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.316.

N. 830.

Vilnae, 20.IV.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
duci gratificari volentem se causam Pauli Scalichii imperatori [Ferdinando I] commendavisse.*

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Paulum Schalichium, quem nobis Illustritas Vestra per literas suas commendavit, et si nunquam antehac novimus, tamen Illustritati Vestrae hac in re, uti in omnibus aliis solemus, gratificari volentes, et habentes alioquin illius virtutem et raram eruditionem commendatam, negotia illius Sacrae Romanorum Imperatoriae Maiestati, parenti nostro charissimo, tantum quantum potuimus commendavimus, et quam diu hic apud nos commoratus est, omnia humanitatis officia ei causa Illustritatis Vestrae libenter praestitimus. Cum his Illustritatem Vestram diu ac foeliciter valere optamus. Datae Vilnae, XX mensis Aprilis, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}*

^{a)-b)} *manu propria.*

N. 831.

Vilnae, 21.IV.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ob bellum Moscoviticum Comitiis Generalibus interesse se non potuisse
nuntiat, quae tamen consiliariis suis celebrari iussa, ignotas ob cau-
sas dissoluta sunt.*

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Meminimus antea Illustritatem Vestram nos per literas hortatam esse, ut Comiciis Regni presentes interessemus. Quid autem tum illi responderimus, optime tenemus memoria, quod et nunc repetit. Nos eo animo Lomzam profecti fueramus, ut Comitia indicta celebraremus atque illis interessemus. Verum cum ex Regno abire, negotiis Magni Ducatus Lithuaniae nos avocantibus, coacti simus, comisimus Consiliariis nostris,

ut Conventum Generalem per nos indictum, cum et tempore Serenissimi olim parentis nostri negotiis exigentibus similes conventus fuerunt, celebrent. Quod se diligenter facturos promiserant, sed nescio quo fato, preter opinionem nostram illorumque pollicitationes, Comitia dissoluta sunt.

Quoniam autem hoc tempore, inicio belli Moscovitici, commode hinc discedere non possumus, si enim hostis nos hinc abire cognoverit, ad ipsius ferocitatem plurimum illi animi noster discessus attulisset, timiditatique id nostrae atque ignaviae, non necessitati, asscriberet. Quam primum tamen ea, quae ad defensionem Magni Ducatus Lithuaniae pertinent, per nos, uti res postulat, provisa fuerint, tum vero non modo non gravatim, sed et libenter ad Comitia Generalia celebranda eaque omnia statuenda, quae ex re illius Regni futura sint, in Poloniā accuremus. Grata tamen atque iucunda Illustritatis Vestrae de negotiis Regni admonitio nobis accidit. Ex ea enim facile perspicimus, quam nos amet, cum dominiorum nostrorum tranquillitatem curae habeat. Quam bene valere cupimus. Datum Vilnae, vigesima prima mensis Aprilis, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 832.

Vilnae, 24.IV.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
certam quantitatem pulveris tormentarii ad bellum Moscoviticum neces-
sarii mutuo petit.
Sigill. IX maius.
H B A, B 1, K.316.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Ad bellum Moscoviticum, quod nos iam magno studio et apparatu gerere oportet, inter alia bello gerendo necessaria opus est nobis magna copia pulveris tormentarii, quam partim iam habemus, partim etiam nunc Gedani comparatur. Quam ob rem quo possimus hac quidem re instructiores et paratiiores esse, petimus ab Illustritate Vestra, velit nobis ducentos centenarios eius pulveris mutuo dare nobisque in eo navare suum studium. Nos autem mandabimus ei, qui curam habet comparandi pulveris Gedani, ut primo quoque tempore Illustritati Vestrae tantundem eius pulveris bona fide restituat, quod Illustritatem Vestram pro sua erga nos benevolentia non gravate facturam arbitramur. Qua de re cum de voluntate Illustritatis Vestrae certiores erimus, dabimus alicui negotium, qui nobis in Lituaniam Regiomonte pulvrem advehendum curet.

Illustritatem Vestram bene ac prospere valere cupimus. Datum Vilnae,
vigesima quarta mensis Aprilis, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri
XXXIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria

N. 833.

Vilnae, 30.IV.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ducem rogat, ne offendatur ob electionem commissarii adversae partis,
sibi iniuste suspecti.*

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrino noster Charissime.

Dolet nobis Illustritatem Vestram molestia hac affici, quod ex Cancellaria nostra literae eiusmodi datae sint, quas putat non esse ex illius dignitate. Eo enim nos animo erga illam sumus, ut, cum nobis dignitas illius curae sit, ab omnibus quoque nostris illam, uti meretur, plurimi fieri vellemus. Itaque vocato Regente Cancellariae nostrae, diligenter perquirebamus, quid illud sit, quod illam offenderet. Verum nihil aliud intelligere potuimus, nisi quod ex iis commissionibus, quae Illustritati Vestrae datae sunt, non est reiectus unus Commissarius adversae partis, Illustritati Vestrae suspectus. Sed profecto non est, cur Illustritas Vestra tantopere hac in re moveri debeat. Ea enim est consuetudo, statuto quoque Regni confirmata, ut liberum sit utrique parti eos, qui illi magis probantur, Commissarios nominare.

Non est igitur, quod Illustritas Vestra moleste ferre possit ex altera parte Generosum Ioannem Costhka, Castellanum Gedanensem, electum esse, cum et ipsa eos, quos nominavit, citra aliquam controversiam obtinuit. Nos quoque ita de fide et integritate Castellani Gedanensis persuasi sumus, ut non possimus, neque nos decere putamus, aliquid male suspicari. Itaque non putet Illustritas Vestra ex immutata erga se voluntate nostra, aut aliquorum declarationibus id profectum esse, sed ex praescripto legum Regni nostri ipsaque aequitate, omnemque molestiam hoc nomine contractam ex animo deponat. Nos enim neque de fide, neque de observantia illius erga nos, quam quidem semper nobis praestitit, diffidimus.

Equi Frisiae per Illustritatem Vestram missi pergrati nobis et periuendi sunt, speramusque etiam in dies gratiiores fore, quod usui nostro vehementer accommodati esse videntur. Cupimus Illustritatem Vestram valere incolumem. Datum Vilnae, ultima mensis Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regni vero nostri **XXXIII.**

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)-b)} manu propria

Vilnae, 1.V.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
pro responso in causa "praedicantium" gratias agit, alia refert et secre-
tum hac in re servandum commendat.
(Manu Erhardi a Kunheim scriptum)
Sigill. IX maius.
H B A, B 1, K.316.*

Sigismundus Augustus etc.

Hochgeborner furst, freundlicher lieber ohem.

Wyr füegen Eur Liebden freundlicher meynung zue wissen, das wir derselben antwort auf unser nechstes schreyben der predicanen halben gethan empfangen, vorlesen und eingenummen und gantz gerne daraus vormercket, wes sich Eur Liebden also weitleuftig darin wegen desselben handels gegen uns erkleren wollen. Wiewoll wir aber an solchem Eur Liebden gemuet und willen niemals gezweyfelt, auch leicht bey uns ermessen können, als wenigk Eur Liebden gesinnet, solche leut in irem furstenthum zue leyden, durch welche uneynigkeit und zertrennungen undter dem volck angericht und gestiftet werden muegen, also wenigk sie auch des furhabens, dieselben in unsere lande zue befordern. Nachdem uns doch glaubwirdigk furkummen, das in deme allerley gesucht und practiciret worden, entweder durch die leut selber, so frembder leere zuegethan, und sich gern alhier eindringen wolten, oder aber durch iren anhangk, und wir demselben gern in zeyten furkummen wollen, als sindt wyr vorursacht worden, weil dieselben leut in Eur Liebden furstenthumb, nechstes schreyben an Eur Liebden zu vorfertigen, welchs auch Eur Liebden anders nit zu verstehen oder auszuelegen, und wollen uns auch beschlieslichen an Eur Liebden vorschwiegenheit disser hendel gar keynen zweyfel machen. Die wyr hiemit in den gnadenreichen schutz des allerhochsten gantz treulichen thuen befelen. Datum zur Wilde, den 1. tagk May im 1562 jhare.

^{a)} *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.* ^{b)}

^{a)-b)} *manu propria.*

Vilnae, 2.V.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
de calumniis quibusdam contra ducem sparsis; de pensione et privilegiis
archiepiscopi Rigensis eiusque coadiutoris.
Sigill. VI.
H B A, B 1, K.316.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Intelleximus, quae prolixioribus literis ad nos de sermonibus Rigen-
sium Illustritas Vestra scripsit. Intelleximus et hoc, quam indigne ferat

nomen et famam suam eo modo apud nos traduci, quamque dolenter illud accipiat ac se nobis purgat. Quia in re agnoscimus quidem Illustritatis Vestrae erga nos observantiam et consobrinialis benevolentiae affectum. At non est, quod sese eo nomine Illustritas Vestra magnopere commoveat. Ut enim incertis authoribus et nulla certa asseveratione id ad nos perlatum erat, ita surdis auribus haec, quemadmodum et reliqua eius generis multa, praeterivimus maioremque fidem in hac parte literis Illustritatis Vestrae habemus, quam aliquorum susurronum obtrectaticiis vocibus, ac scimus aliunde, quanto studio subiectionis Livonicae negotium Illustritas Vestra pro parte nostra, quin potius pro parte et utilitate Reipublicae promoverit. Siquidem nos ex hac subiectione non nostra unquam quesivimus, et nec nunc querimus, compendia, sed Reipublicae salutem et utilitatem, plusque detrimenti nobis et dominiis nostris, ut sollicitudinem interea taceamus, subiectio haec quam commodi attulit.

De auctiori porro Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigensis¹⁾ sustentacione, quam eisdem literis suis apud nos Illustritas Vestra promovet, non dubitamus interea iam Illustritatem Vestram ex ipsomet Reverendissimo Domino intellexisse, quae pro nostra in Paternitatem eius consobrinali charitate et benevolentia illi pensionis adauxerimus. In tuendis etiam porro iuribus et privilegiis antiquis, necnon aliis rebus et commodis Paternitatis Suae et Illustris eius Coadiutoris²⁾ conservandis, nollemus equidem in nobis aliquid, quoad maxime fieri potest, officium nostrum, sive protectorium sive regium, et benevolentiam consobrinalem ullo unquam tempore desiderari. His recte valere Illustritatem Vestram optamus. Datum Vilnae, secunda Maii, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

2) *Christophorus Megapolensis.*

N. 836.

Vilnae, 6.V.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ut dux commeatus pro milite in Livoniam per ditiones suas transportan-
dos sine telonei exactione transire permittat.*

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.316.

*Sigismundus Augustus etc.
Illustris Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime.
Demittendi sunt Regiomontem per Hanns Kopff caeterosque procuratores nostros, vel etiam servitores eorundem, commeatus pro milite*

nostro in Livonia, ad praesidia contra hostem collocato, atque inde maioribus navigiis marique ipso in Livoniam transportandi, nempe farina, hordeum, braseum, pultes, larda seu carnes suillae, lupulus, butyrum, casei et reliqua alia.

Quapropter Illustratatem Vestram postulamus ac petimus, ut isthic apud se ubique eosdem commeatus omnes libere et absque quavis exactione thelonei dimitti mandet ac praecipiat. Factura Illustritas Vesta rem nobis perinde gratam atque cumprimis necessariam. Quod reliquum est, Illustratatem Vestram, tanquam consobrinum nostrum charissimum, valere optime ac perpetuo foelicem esse ex animo cupimus. Datum Vilnae, VI Maii, anno MDLXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 837.

Vilnae, 6.V.1562

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ut frumenta ex Lithuania Gedanum transportanda sine telonei exactione
per ditiones ducis tranvehi possint.*

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime.

Demissuri sunt Regiomontem hoc vere Praefecti Officialesque nostri frumenta, cumque his nonnihil lupuli, fluminibus Chrono¹⁾ et Pregel, praeterlabenti arcem Illustratis Vestrae Labia, idque navigiis septuaginta vel eo amplius, eaque omnia Regiomonti tradituri per manus aulici nostri Andraeae²⁾ Ilgowski in manus Hanus²⁾ Kopff, procuratoris ad id a nobis constituti, qui eadem ex minoribus navigiis in maiora transpositis ac recollectis inde Gedanum usque demissurus est. Quae quidem frumenta omnia cumque ipso lupulo cum sint ex propriis curiis nostris Magni Ducatus nostri desumpta, Illustratatem Vestram postulamus ac petimus, ut ea omnia isthic ubique libere et absque quavis exactione thelonei dimitti mandet ac praecipiat, accepto tantummodo ab memorato aulico nostro scripto testimoniali seu recognitionis super numero navigiorum demissorum. Factura Illustritas Vesta rem ut officiosam, ita non minus nobis gratam. Cupimus tandem Illustratatem Vestram recte valere ac optatis omnibus perfui. Datum Vilnae, VI Maii, anno MDLXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

^{z)} sic in ms.

¹⁾ Niemen

N. 838.

Vilnae, 12.V.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

significat Barbaram a Konzicz, Nicolai Mniszech (in ms. Mnysek), capitanei Lubaczoviensis et Sokoloviensis¹⁾ et regii cubicularii, viduam, a se in quibusdam negotiis intercessionem expetivisse, qua in re filius ducis ei prodesse poterit.

Sigill. IX.

H B A, B 1, K.316.

1) secundum Dworzaczek, *Genealogia, Lucoviensis et Sokaliensis*

N. 839.

Vilnae, 15.V.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

Bartholomaeum Rab mittit, ut pulverem tormentarium sibi a duce ad bellum Moscoviticum mutuo datum accipiat et advehat.

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.

Gratum iucundumque nobis accedit Illustritatem Vestram ad hunc apparatum nostrum bellicum pulverem tormentarium nobis non denegasse. Itaque mittimus Bartholomeum Rab, civem et subditum^{a)} nostrum Kavensem, ad eum pulverem accipiendum nobisque huc perferendum. Quam ob rem petimus, ut illum sine ulla cunctacione expediat, quo ad nos primo quoque tempore cum eo pulvere redire possit. Nos autem mandabimus, ut tantundem eius pulveris eademque mensura bona fide Illustrati Vestrae restituatur. Cupimus Illustritatem Vestram valere incolumem. Datum Vilnae, quindecima mensis Maii, anno Domini MDLXII, Regni vero nostri XXXIII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

^{a)} in ms. subitum

^{b)-c)} manu propria.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro litteris, necnon pro vino et butyro sibi missis gratias agit deque prospectatis matrimonii sororum regis [Sigismundi Augusti] cum fratribus regis Sueciae Erici XIV.

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.316.

Durchleuchtiger furst, fruenlicher herzlieber her undt vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich gruss, auch als lieb undt guettes zuvor.

Ich hab Eur Liebden ganz fruenlich schreyben enfangen sambt den wein undt puder; sag Eur Liebden um solhes alles ganz fruenlichen danck. Ist gar zu vil, weis nit, wie ich gnuessamb um Eur Liebden verleich kan. Pit Eur Liebden, kan ich derselben wieder mit was dienstlich sein, si wellen mich nit sparen. Ich pedanck mich auch zu hoch Eur Liebden so hoch erpieten, winssen und dancksag mein gedan schreyben hab.^{a)} Zweif^{b)} gar nit, das solhes Eur Liebden von true herz mainen undt^{c)} verschich mich ganz nit andes,^{d)} dan alles lieb undt guettes zu Eur Liebden, und^{e)} sol sich Eur Liebden dergleichen auch zu mer in alle nit and[er] versehen, als das ich mit allen true[n] gegen Eur Liebden main. Sol Eur Liebden mich ein gor wil die zeit meins leben mit ander erfinden.

Ich hab auch aus Eur Liebden schreyben verstanten, das mich Eur Liebden piten, ich so^[1] Eur Liebden vortreylich wissen lassen, ob war ist, das sein majestet, mein gnediger her und gemahel, sein 2 schwester des kunig von Schweden 2 prueder^{f)} verheyrat hat. Darauf ich Eur Liebden in vertreylicher mainung ni[t] pergen wil, als vil mier pewist, wie wol ich spat erinen^{g)} pin waren. Sein majestet hat schan^{h)} pewilliget so weit, das si sicken oder kumen, solhes garⁱ⁾ zu peschlissen; und sich mit sein majestet darin vertragen, so wiert, wie ich glaub, gewis sein, undt^{j)} an den^{j)} ist, wan si nur sick undt sich in allen mit sein majestet, wie man^{k)} in solhen fallen pflegt, vergleich. Darzu ich dan von^{l)} Got den^{l)} her vil glick wi[n]ss, das zu aufnemung der kristenheit sey, auch sein kunigliche majestet lant und leiten wolfart und auch ier peden lieben zu grosser freiden und glick, das ich ier leib dan herzlich wins undt vergin. Ich pit, solhes von mier nit zu auszukumen lassen, wiewol solhes nit geheim ist hie^{m)} offenlich, derhalben ich mich verwunder, das Eur Liebden nit vor ander wissen solt.

Das alles hab ich Eur Liebden fruenlicher antwurt nit wellen vorhalten. Due mich hiemit Eur Liebden fruenlich pefelhen. Datum Vilna, den 3. tag. Juni.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) *pro:* halb(en)

g) *ex alio verbo correctum.*

b) z *correctum ex alia littera.*

h) *praecedit expunctum:* sach

c) *sequitur expunctum:* und

i) *praecedit expunctum:* wieder

d) *sic in ms. pro:* anders

j)-j) *suprascriptum pro expuncto:* dan enanden

e) *suprascriptum pro expuncto:* s

k) *praecedit expunctum:* in

f) *supra lineam scriptum, pro expuncto:* sunen

l)-l) *pro expuncto:* got um (?) *suprascriptum.*

m) *praecedit expunctum:* hey

Vilnae, 20.VI.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*ut invasiones subditorum ducis in silvas regias Grodnenses prohibeantur
reiisque puniantur.*

Vest. sigilli.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Consobrini noster Charissime.

Expositum coram nobis est, quod subditi Illustritatis Vestrae crebris frequentibusque invasionibus in sylvas nostras Grodnenses non mediocria damna ac detimento ibidem nobis inferunt, feras iaculantur, custodibus sylvarum nostrarum atque adeo ipsis etiam Praefectis sylvestribus minas inimicitiasque in vitae discrimen denunciant, ac insuper ea composito et industria eos per sylvas nostras insectantes vitae illorum insiduntur, curiam denique nostram ad servas incendio exusserunt. Et licet nonnulli iam ex subditis Illustritatis Vestrae in eiusmodi facinoribus comprehensi ac apud Praefectos Illustritatis Vestrae delati sint, nihilominus tamen hucusque ius de illis facinorosis nullum redditum, neque iusticia ulla ministrata est.

Quae insolencia atque audacia rusticorum ne porrha eo maiora etiam damna ac detimento sylvis nostris afferat, quin pocius iusta ac debita animadversione in reos cohiberi refrenarique possit, eam ob rem misimus cum hiscae^{z)} praesentibus nostris ad Illustritatem Vestram Praefectum sylvarum nostrarum Grodnensem, Ioannem Venceslai, tum etiam servitorem nostrum Mathiam Tharusa, amanter postulantes ac pertinentes ab eadem, ut coram hisce servitoribus nostris de eiusmodi subditis suis ius Praefectis custodibusque nostris sylvestribus reddi iustitiamque debitam ac indilatam administrari, ipsosque etiam reos atque convictos criminis ubique tradi mandet ac praecipiat. Factura Illustritas Vestra rem perinde officiosam atque iustum ac necessarium. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram, tanquam consobrinum nostrum charissimum, valere optime ac semper foelicem esse ex animo cupimus. Datum Vilnae, XX die Iunii, anno MDLXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

Vilnae, 15.VII.1562.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro litteris manu propria ducis exaratis gratias agit gaudetque de proxime futura, ut dux sperat, fratris sui Maximiliani coronatione in regem Bohemiae et Romanorum.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.316.

N. 843.

Vilnae, 17.VII.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
ducem cum uxore ad nuptias sororum suarum cum fratribus regis Sue-
ciae Erici XIV invitat.
(m.p. regis subscriptum)
Sigill. IX maius.*

H B A, B 1, K.316.

N. 844.

Vilnae, 23.VII.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
universis
de debitis reverendi Caspari a Münster, provincialis marschalci Livoniae,
a se solutis.
(Exemplar)
H B A, B 1, K.316.*

N. 845.

Vilnae, 31.VIII.1562.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
Alberto in Prussia duci
rogat, ut dux ei tormentorum bellicorum fusorem Thomam a Driesen
ad certum tempus cederet.
Sine sigill.
H B A, B 1, K.316.*

Sigmundt August von Gottes gnaden königk zu Polen, grosfurst in Littauen, zu Reussen, Preussen, Masaw, Samayten etc. herr und erbe. Durchleuchtiger hochgeborner furst, freundlicher lieber herr öhme und schwager.

Nachdem wir keynen zweifel tragen, Eur Liebden bei sich leichtlichen erachten werden, das wir in diesen itzigen lauften in unserm vornhemmen über des geschutz, so wir in der barschaft zu unser notturft fertigk haben, nicht wenigk noch anderes mehr bedurffend sein, notwendige örter gnugsam zu vorsehen und fast den unsren handtwerkssleuten solches schleunigk vorzustellen, beschwerlichen gefallen will, derohalben ahn Eur Liebden unser gnediges langen ist, dieweil wir vornehmen, dieselben ihren eigenen gysser in dem tuchtigk und erfahren Thomas von Dresen genandt, welcher auf dismahl mit wenigk arbeit beladen, in yrem dienst haben, Eur Liebden ime auf unser gnediges an-

langen vorgonnen und zulassen wolt, das er sich auf ein zeitlangk in unserm dienst etliche geschutz zu vorfertigen mocht gebrauchen lassen und zum schleunichsten solches vortzustellen ahn unsern hoff vorfugen mocht. Solchs wir in khöniglichen gnaden kegen Eur Liebden gedenken und vorgenlen wollen. Datum zur Wilde, den 31. Augusti annorum 1562, unsers königreichs 32.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a)-b) *manu propria*.

N. 846.

Vilnae, 1.IX.[1562].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de sua et regis bona valetudine nuntiat; rosarium ex succino confectum
(ein schene achsteynen Paternoster) sibi mittendum petit.*

(Germanice)

Sigill. XIII minus.

H B A, B 1, K.316.

N. 847.

Caunae, 15.IX.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*de commissariis ad controversias inter subditos suos et ducis compo-
nendas decernendis; de archiepiscopo Rigensi; de pulvere tormentario.*

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et prospe-
ritatem.

Ex iis litteris, quae, posteaquam Kownam venimus, nobis ab Illu-
stritate Vestra allatae sunt, actepimus extitisse quaedam dissidia et
iniurias inter subditos utriusque nostrum. Quibus quidem iniuriis et si
par esse videbatur, ut a nobis aliqua ratione contrairetur, ne nostra
indulgentia et hae longius serperent progrederenturque, et aliae item
harum exemplo deinceps exorirentur, tamen cum nunc tot tantisque
negociis distineamur, quorum causa nos huc contulimus, alio tempore,
quod aptius et commodius fuerit, de illis videndum nobis esse decrevi-
mus, praesertim vero cum etiam ipsi absunt, quorum res agitur, nemo-
que hactenus est, qui eorum nomine apud nos agat. Ut autem aliqua
ratio, qua turbulenti homines reprimerentur, a nobis iniretur, Commissa-
rios, ut Illustritas Vestra petit, decernendos primo quoque tempore sta-

tuimus, qui et limites curent et controversias utriusque nostrum subditorum componant.

Quod animadvertisimus Illustrati Vestrae officium nostrum in promovendis rebus fratris sui, Reverendissimi Domini Archiepiscopi Rigenensis,¹⁾ gratum esse, non iniucundum nobis accidit dabimusque operam, ne quid porro a nobis praetermittatur, in quo ipsius Domini Archiepiscopi rebus commodari posse existimabimus.

Pulverem tormentarium, qui nobis ab Illustritate Vestra dono missus vicium deferendo contraxit, Illustrati Vestrae reddendum curabimus. Illum autem, quem se nobis mittere velle Illustritas Vestra scribit, grato animo expectamus. Tandem Illustratatem Vestram foeliciter valere cupimus. Datum Kaunae, XV Septembris, anno Domini MDLXII.

^{a)} Sigismundus Augustus Rex subscripsit.^{b)}

a) b) *manu propria.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

N. 848.

Vilnae, 21.IX.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

*ad nuptias sororis suaे Catharinae cum Ioanne duce Finlandiae ducem
invitat.*

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et prosperitatem.

Invitaveramus Illustratatem Vestram non ita pridem, ut nupciis Illustrissimae sororis nostrae Catharinae cum Illustrissimo Principe Domino Ioanne, Regni Sueciae Principe haereditario et Duce Finlandiae, celebrandis adesse velit. Sed quoniam Illustrissimi Domini Ducis Ostrogotiae¹⁾ (qui sibi quoque Illustrissimam Principem Annam in matrimonium dari a nobis cupiebat) vel Nunciorum Illustratatis illius adventum operiebamur,^{a)} certum tempus nupciis peragendis assignare non poteramus. Nunc vero, quoniam de adventu Illustrissimi Domini Ducis Ostrogotiae dubitamus, et Illustrissimus Dux Finlandiae instantissime a nobis petat, ut illi, non expectato amplius Illustrissimi fratris sui adventu, Illustrissimam Principem Catharinam in matrimonium collocemus, preibusque Illustratatis illius morem gerere constitutum habeamus vel ob id maxime, quod nos Illustritas Vestra multis et gravibus causis ut id faceremus, exhortaretur, diem Octobris quartam nuptiis istis celebrandis assignavimus. Nimis quidem arctum tempus, sed quia discessum in Polonię pro celebrandis Comiciis apparamus, Illustrissimus vero Dux Finlandiae eas ante discessum nostrum fieri peciisset, non potuimus in ulterius reicere tempus.

Petimus itaque ab Illustritate Vestra, ut ad eas nupcias venire praesentiaque sua illas cohonestare velit. Si vero id praestare non potuerit, ut Nuncios suos ad eam rem mittat, qui nomine Illustratatis Vestrae

nupciis adsint et novae nuptiae pro more et consuetudine gratulentur. Rem nobis faciet Illustritas Vestra gratissimam et quam nos illi omnibus amicitiae officiis referre conabimur. Quam bene et foeliciter valere optamus. Datum Vilnae, XXI Septembris, anno Domini MDLXII, Regni nostri XXXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.^{b)}

a) in ms. opperebamur vel operabamur

b)-c) manu propria.

1) Magnus.

N. 849.

s.l. [post 4.X.1562].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro litteris et pro tribus rosariis (Paternoster) ex sucino factis gratias agit; ducem pro excusato habet, quod sibi promissam aleam nondum misit; de prospectato matrimonio fratris sui, archiducis Caroli.

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.316.

Dem durchleuchtigen, hochgeborenen fursten undt heren, heren Al[brecht]en den eltern, marckgra[fen zue] Brandenburgk, herzog [in Preu]ssen, mein fruenlich herzlieben her vatter zu aigen handen.

Durchleuchtiger furst, fruenlicher mein herzenlieber her undt vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich gruss und als lieb undt guettes zuvor.

Ich hab Eur Liebden so gar fruenlich schreyben enfangen sambt den 3 padernosteren undt etlich achstainen, umb ^{a)} welches ich Eur Liebden zu hochsten danck sag. Sin gar schen und ist gar ^{b)} zu vil. Kan Eur Liebden solhes nit gnuesamb verdancken und wolt Got, ich kint solhe fruenschaft, so mier nit allein in den sundt ^{c)} in allen ander erzeigt, gnugsamb verdienien um Eur Liebden.^{d)} Es war mier ein herzenliche freit.

Ich hab auch aus Eur Liebden schreyben verstanten die enschuldigun des prefspil halben;^{e)} ist ganz an not, dan es noch zeit nung ^{f)} ist. Undt pit,^{g)} mier zu verzeihen, das ich also grob pin undt Eur Liebden um so vil ansprich. Aber Got weis, es gesicht aus sunder vertrauen, so ich zu Eur Liebden hab als mein lieben her vatter.

Ich hab auch aus Eur Liebden schreyben nach leng verstanten das vilfaltig danck sagen, winssung undt erpieten, das dan Eur Liebden brief ganz vol ist, welches war als gar ^{h)} zu vil. Zweifl mier gar nit, das solches alles aus truen herzen herkumbt. Wol Got, ich kint solhe alles wieder ⁱ⁾ um ^{j)} Eur Liebden versulden mit ^{k)} der tat, wie ich von herzen geren tein wolt, dan Eur Liebden solhen sich gewislich nit anderst als alles lieb und guettes zu mier versehen, ich auch herzengeren, wie Eur Liebden pegeren, Eur Liebden alzeit in pesten pey keyserlichen majestet und mein her prueder ingedenck, wiewol ich weis, das si Eur Liebden an das mit aller fruenschaft genait sein, herzlieber her vatter.

Ich hab auch aus Eur Liebden schreyben verstanten, was Eur Liebden mier in vertrauen schreyben von wegen meins her prueder Carolus,

das Eur Liebden ein feine zuecht und auch Eur Liebden blutverwande
 furstin wist, die¹⁾ Eur Liebden petunck vier sein lieb sein wurt zu ein
 gemahel. Darauf mier Eur Liebden piten, ich mich pey keyserlichen
 majestet, auch pey mein pruedern zu erfragen, ob si zu solhen willen
 haben. Darauf wil ich Eur Liebden zu fruenlich anwurtt^{m)} nit pergen, das
 ich mich erstlich pedanck, das Eur Liebden so wol und fruenlich gegen
 mein fruenschaft genait ist. Was aber den handel polang, pin ich ganz
 wil, solhe pey keyserlichen majestet und mein her prueder^{mm)} mich zu
 erfragen in aller geheimb, was ier lieb willen in den fal ist und ab was
 darin ist zu erhalten, dan ich Eur Liebden geren in ein mer dienstlich
 sein wol. Kan aber Eur Liebden auch in vertrauen nit pergen, das ich
 ein pedencken hab; ist das, das ich solhes an vorwissen mein her und
 gemahel nit geren dein wolt, damit ich in kein falsen argbanⁿ⁾ kem, das
 ich solhe hendl an sein majestet vorwissen handlet, sunderlich nachdem,^{o)}
 wie ich vier gewis hor,^{p)} der herzog von Magkelwurg¹⁾ sich in Schweden
 verhierat und Eur Liebden wol pewist, wie^{q)} die sachen zwissen den
 künig von Schweden und mein gemahel sten. Nun weil Eur Liebden mier
 aber solhes in so hoche geheimb hat geschrieben, hab ich pisher mein
 gemahel nicht dervon gesagt, sundt Eur Liebden zuvor fragen wellen,
 ob Eur Liebden mier^{r)} erlauben, solhes sein majestet zuvor in geheim
 zu vormelden; alsdan wil ich mit den furderlichesten anpringen. Pit Eur
 Liebden, mier auf eist, so^{s)} muglich ist, anwurt, damit ich mit sein
 majestet daraus mag reden, ee sein majestet von hinen zuecht. Pit Eur
 Liebden, mier die mein anwurt nit voribel haben, dan Got weis, das ich
 in solhe fallen sargfaltig pin und mich geren frei^{t)} vor verdach, dan die
 welt ist selzamt da. Das hab ich Eur Liebden aus^{u)} vertreylich gemuet
 zu anwurt nit wellen vorhalden. Ich kan wol gedenck, wo Eur Liebden
 schan nit nent, das Eur Liebden die von Magkelwurg mainen. Ich hor
 von villen loben.

Pit, Eur Liebden wellen mier nit veribel hab, das ich nit ee geanwurt^{v)}
 hab, dan es ist ierz mit^{w)} der hachzeit und auch mit unsser auszug so
 vil zu schaffen gewest, das ich warlich nit vil zeit hab, dan wier weren
 von mitwoch achtag von hinen. Ich pleib zu Grotnan. Wie^{x)} hie als auf
 der hochzeit ergangen, weren Eur Liebden von ander gnuessamb pericht.
 Got geb, das zu allen guetten reich und das si mit glick iber^{y)} mer
 kumen. Damit due ich mich Eur Liebden auf das fruenlichest pefelhen.
 Datum in eil.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina künigin.

- a) in ms. umd
- b) praecedit expunctum: ka
- c) lectio incerta, forsitan: sunds?
- d) sequitur superfluum: verdienen
- e) in ms. ex alio verbo correctum.
- f) sic in ms. pro: nug
- g) in margine.
- h) praecedit expuncta littera: s
- i) in ms. wier
- j) in ms. unn
- k) praecedit expunctum: wie
- l) pro expuncto: sol suprascriptum.
- m) praecedit expunctum: nar (?)
- mm) hic sequitur verbum expunctum: an

- n) in margine, pro expuncto in textu: gra
gra ban
- o) in ms. nachden, quod sequitur expunc-
tum: da
- p) praecedit expunctum: hior
- q) praecedit expunctum: das
- r) sequitur expuncta littera: v
- s) in ms. so so
- t) in ms. hier
- u) sequitur expunctum: vorst
- v) praecedit expunctum: ge... (?)
- w) in ms. nit
- x) praecedit expunctum: das
- y) in ms. ibel
- I) Ioannes Albertus.

Vilnae, 4.XI.1562.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*pro litteris gratias agit et nuntiat se cum rege coniuge suo de prospectato matrimonio [archiducis Caroli] collocutam esse regemque existimare
hac de re secreta esse tractandum.*

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.316.

Durchleuchtiger furst, fruenlicher lieber her undt vatter, Eur Liebden
sein mein fruenlich grus, auch als lieb undt guettes zuvor.

Ich hab Eur Liebden fruenlich schreyben enfangen, daraus nach
leng Eur Liebden vilfaldig erpieten und dancksagen verstanten,^{a)} welhes
alles ganz an not, dan was in den fal^{b)} von mier pesicht, kumbt aus
truuen herzen her. Was den pewisten heyrathandel petrieft, hab ich auch
nach leng verstanten und mit sein majestet daraus geret und sein majes-
tet auch vier guet angesehen, das ich solhes in geheim von sein keyser-
lichen majestet erfrag. Also wil ich in nesten^{c)} schreyben ausrichten
alles das, wie mier Eur Liebden geschrieben hat, dan ich Eur Liebden
geren in vil ein merer geren dienen wolt. Das hab ich Eur Liebden zu
fruenlicher anwurt nit wellen vorhalden. Due mich hiemit auf fruenli-
chest pefalhen. Datum Vilna, den 4. tag Novembris.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) sequitur expunctum: ve

b) in ms. ex alio correctum.

c) praecedit expunctum: en

Radzimini, 14.XI.1562.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

*universis, praesertim vero Senatui et Iudicio Elbingensibus, salvus con-
ductus pro Martino Reinwolff, armamentarii ducis praefecto.*

Sigill. IX maius.

(Annexum: litterae Martini Reinwolff ad aliquem "herr doctor")

H B A, B 1, K.316.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus tenore praesentium, quorum interest, universis, prae-
sertim vero Senatui ac Iuditio civitatis nostrae Elbingensis, nos ex certis
causis accepisse in patrocinium nostrum Famatum Martinum Reinwolff,

Illustris Principis Alberti Marchionis Brandenburgensis et in Prussia
Ducis etc. armamentarii Praefectum, eique salvum conductum nostrum
ac omnimodam securitatem a vi et potentia dedisse, quo fretus possit
libere et absque quovis impedimento et perhorrescentia quarumcunque
personarum ubique in Regno et dominiis nostris versari negotiaque sua
licita et honesta agere, exercere, persona rebusque suis omnibus sub
nostra hac protectione regia salvis permanentibus, hinc ad unius anni
decursum a data praesentium computando. Ita tamen, ut de se omnibus
conquerentibus in iure et iuditio competenti respondere teneatur.

Quocirca universis et singulis cuiuscunque status et conditionis sub-
ditis nostris, in Regno et dominiis nostris consistentibus, severe praeci-
pimus et mandamus, ut hunc salvum conductum nostrum in omnibus
eius punctis, clausulis et conditionibus ad spatium temporis praescripti
firmum conservetis, eidemque nullam vim et iniuriam inferre audeatis
et ab aliis inferri non permittatis, sub poenis in violatores salvi con-
ductus nostri sancitis, vobis autem, ad quorum munus id pertinet, ut
hunc salvum conductum nostrum, si opus fuerit, paeconis voce in locis
publicis publicari et proclamari faciatis sub gravi indignatione nostra.
In cuius rei fidem sigillum nostrum annulare praesentibus est appre-
sum. Datum in Radzimino, die XIIIII Novembris, anno Domini MDLXII,
Regni nostri XXXIII.

Relatio Venerabilis Petri Miskowski Praepositi Gnesnensis,
Plocensis Lanciciensisque et Maioris Secretarii

Annexum:

Erbar, achtbar und hochgelerter herr doctor.

Wie ich gestriges tages Eur a.^{a)} meines handels halben angelangt
und gebotten, wunsch ich hiemit Euer a. von Got dem almechtigen eine
glugkselige reise, auch mit gesundtheit wiederumb zu uns zu kommen,
das Got vorleihen und geben [mechte]. Derwegen ferner mein gantz diinst-
lich und freundlich bitten, Eur a. wollen hyrin abermall unbeschwerth
auss cristlicher liebe willen und mir so gonstig erscheinen, bey hochlobli-
cher koniglicher majestet canzley anzuhalden der briffe halben ahn einen
erbarn radt zum Elbinge belangende etc.

Nachdem dan Euer a. mit vilen geschaften beladen, hab ich solchs ^{b)}
zu einem memorial aufgezeichnet. Was auch Euer a. vormich in koniglicher
majestet canzlei zur vorehrung werden ausslegen, wil ich zu grossem danck
erlegen und vor meine person umb Euer a. schuldig sein zu vordin etc.

Euer a. w.^{c)} Martin Rein Wolff Zeugmeister etc.

a) *forsitan*: achtbar(keit)

b) *verba*: hab ich solchs *in textu repetuntur*.

c) *forsitan*: williger

N. 852.

Grodnae, 10.XII.1562.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*ducem pro excusato habet, quod is nuptiis non interfuit, sed gaudet,
quod dux ipsam hieme proxime ventura, negotiis id permittentibus,
visitabit.*

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.316.

N. 853.

s.l., 21.XII.[1562].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

*cum gaudio annuntiat fratrem suum Maximilianum ab electoribus Impre-
rii unanimiter in regem Romanorum electum et coronatum esse.*

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.316.

N. 854. deest.

ELENCHUS EPISTOLARUM

DAT.	NR.	DAT.	NR.	DAT.	NR.
Sigismundus	Augustus	1551, IX.12 . . .	528	1552, XI.25 . . .	576
Alberto duci:		» IX.16 . . .	529	» XII.3 . . .	577
		» IX.16 . . .	530	» XII.27 . . .	578
1549, I.1 . . .	448	» IX.19 . . .	531	» XII.28 . . .	579
» I.3 . . .	450	» IX.29 . . .	533	» XII.28 . . .	580
» I.13 . . .	452	» X.8 . . .	534	1553, I.25 . . .	581
» I.25 . . .	455	» X.27 . . .	535	» II.12 . . .	583
» I.29 . . .	456	» X.28 . . .	536	» III.6 . . .	585
» II.22 . . .	461	» XI.5 . . .	537	» III.8 . . .	586
» III.25 . . .	465	» XI.11 . . .	538	» III.14 . . .	587
» IV.11 . . .	466	» XI.13 . . .	539	» III.18 . . .	588
» IV.29 . . .	469	» XII.15 . . .	540	» III.27 . . .	590
» VI.14 . . .	471	» XII.21 . . .	541	» III.29 . . .	591
» VI.30 . . .	472	1552, I.16 . . .	542	IV.10 . . .	592
» VII.6 . . .	473	» II.17 . . .	543	» IV.11 . . .	593
» VII.22 . . .	475	» III.3 . . .	544	» IV.23 . . .	594
» VIII.6 . . .	476	» III.18 . . .	545	» V.11 . . .	596
» VIII.14 . . .	477	» III.25 . . .	547	» V.13 . . .	597
» IX.14 . . .	478	» III.28 . . .	548	» V.13 . . .	598
» IX.19 . . .	479	» III.31 . . .	549	» VI.8 . . .	600
» IX.29 . . .	480	» IV.3 . . .	551	» VI.10 . . .	601
» IX.30 . . .	481	» IV.5 . . .	552	» VI.22 . . .	602
» X.10 . . .	482	» IV.5 . . .	553	» IX.2 . . .	603
» X.18 . . .	483	» V.24 . . .	555	» IX.22 . . .	608
» XII.14 . . .	485	» VI.17 . . .	556	» X.4 . . .	610
1550, II.2 . . .	490	» VIII.9 . . .	560	» X.20 . . .	611
» IV.22 . . .	493	» VIII.9 . . .	561	» X.20 . . .	612
» VI.24 . . .	496	» VIII.20 . . .	562	» X.21 . . .	613
» X.15 . . .	502	» VIII.25 . . .	563	» X.25 . . .	715
» XII.22 . . .	505	» VIII.25 . . .	564	» X.27 . . .	616
1551, II.20 . . .	510	» VIII.28 . . .	565	» X.31 . . .	617
» II.23 . . .	513	» IX.2 . . .	566	» XI.4 . . .	618
» IV.24 . . .	518	» X.17 . . .	569	» XI.8 . . .	619
» V.23 . . .	520	» XI.7 . . .	570	» XI.11 . . .	620
» VII.1 . . .	523	» XI.7 . . .	571	» XI.21 . . .	621
» VII.31 . . .	524	» XI.21 . . .	573	» XI.29 . . .	622
» VIII.14 . . .	525	» XI.23 . . .	574	» XI.30 . . .	623
» IX.1 . . .	526	» XI.23 . . .	575	» XI.30 . . .	624

DAT.	NR.	DAT.	NR.	DAT.	NR.
1553, XII.20 . . .	626	1557, X.6 . . .	712	1559, X.20 . . .	785
1555, I.2 . . .	635	" X.15 . . .	714	" X.31 . . .	786
" I.10 . . .	637	" XI.11 . . .	716	" XII.7 . . .	787
" I.10 . . .	638	" XII.2 . . .	718	" XII.22 . . .	788
" II.15 . . .	640	1558, I.1 . . .	720	1560, VI.25 . . .	791
" III.17 . . .	641	" I.2 . . .	721	" VII.18 . . .	792
" III.24 . . .	643	" I.22 . . .	724	" IX.6 . . .	794
" VII.7 . . .	647	" II.20 . . .	725	" X.9 . . .	798
" X.20 . . .	649	" III.8 . . .	726	" X.26 . . .	799
" XII.10 . . .	650	" III.11 . . .	727	" XI.21 . . .	800
" XII.20 . . .	651	" III.12 . . .	728	" XII.15 . . .	803
1556, II.26 . . .	656	" III.16 . . .	731	" XII.20 . . .	804
" IV.20 . . .	657	" III.17 . . .	732	1561, VIII.9 . . .	812
" V.8 . . .	660	" III.25 . . .	733	" X.2 . . .	815
" VI.2 . . .	662	" III.30 . . .	734	1562, I.18 . . .	818
" VI.13 . . .	663	" IV.18 . . .	735	I.28 . . .	819
" VI.21 . . .	664	" IV.25 . . .	736	" II.1 . . .	820
" VII.5 . . .	666	" V.1 . . .	738	" II.15 . . .	822
" VII.8 . . .	667	" V.20 . . .	739	" II.25 . . .	823
" VII.15 . . .	668	" V.31 . . .	742	" III.5 . . .	824
" VII.18 . . .	669	" VII.4 . . .	744	" III.16 . . .	825
" IX.3 . . .	673	" VII.14 . . .	745	" IV.6 . . .	826
" IX.18 . . .	675	" VIII.17 . . .	748	" IV.7 . . .	827
" X.7 . . .	676	" VIII.27 . . .	749	" IV.20 . . .	830
" X.28 . . .	677	" IX.1 . . .	750	" IV.21 . . .	831
" XII.5 . . .	680	" IX.2 . . .	751	" IV.24 . . .	832
" XII.8 . . .	681	" IX.10 . . .	752	" IV.30 . . .	833
" XII.20 . . .	682	" IX.21 . . .	753	" V.1 . . .	834
" XII.24 . . .	683	" IX.23 . . .	754	" V.2 . . .	835
1557, I.16 . . .	684	" X.17 . . .	756	" V.6 . . .	836
" II.20 . . .	685	" X.28 . . .	757	" V.6 . . .	837
" II.21 . . .	686	" XI.8 . . .	758	" V.6 . . .	838
" III.19 . . .	687	" XII.3 . . .	759	" V.12 . . .	839
" III.26 . . .	688	1559, I.10 . . .	761	" VI.20 . . .	841
" III.31 . . .	689	" I.22 . . .	762	" VII.17 . . .	843
" IV.1 . . .	690	" II.2 . . .	764	" VIII.31 . . .	845
" IV.2 . . .	691	" II.10 . . .	766	" IX.15 . . .	847
" IV.25 . . .	693	" III.14 . . .	768	" IX.21 . . .	848
" V.16 . . .	695	" IV.4 . . .	770		
" V.16 . . .	696	" IV.25 . . .	771	Sigismundus Augustus	
" V.28 . . .	698	" IV.28 . . .	772	aliis:	
" VI.18 . . .	700	" V.14 . . .	774		
" VI.30 . . .	702	" V.20 . . .	775	1549, II.2 Commissariis suis .	457
" VII.15 . . .	703	" VII.1 . . .	776	II.3 Hieronymo Chodkie-	
" VII.24 . . .	704	" VII.27 . . .	777	wicz . . .	458
" VIII.9 . . .	705	" VIII.2 . . .	778	II.5 Proceribus Poloniae	459
" IX.4 . . .	707	" VIII.23 . . .	779	IV.17 Proceribus Poloniae	467
" IX.11 . . .	708	" IX.8 . . .	780		
" IX.13 . . .	709	" IX.16 . . .	781		
" IX.14 . . .	710	" IX.23 . . .	782		
" X.4 . . .	711	" IX.23 . . .	784		

DAT.	NR.	DAT.	NR.	DAT.	NR.
1549, IV.17 Universis terrarum Prussiae nobilibus . . .	468	1558, IV.28. Universis VIII.1. Uni-versis . . .	737	1551, I.5 . . .	506
" Stanislao Kostka, pal. Pomeraniae et aliis . . .	512	" IX.14. Gabrie-li Tarlo . . .	747	" I.20 . . .	507
» III.2. Achatio Brandt, scabino distr. Marienb. . .	514	" X.5. "Reverendo in Christo patri" . . .	795	" II.15 . . .	508
" IV.9. Stanislao Kostka, pal. Pomeraniae .	516	1560, VII.29. Uni-versis . . .	793	" VI.4 . . .	509
1551, II.23 Achatio Czema, pal. Marienb. et Eustachio Knobelsdorff .	550	" IX.15. Gabrie-li Tarlo . . .	796	" IV.11 . . .	515
" VIII.31. Uni-versis . . .	805	1561, II.18. Ignoto principi . . .	805	" IV.26 . . .	517
» VIII.31. Uni-versis . . .	814	" VIII.15. Uni-versis . . .	813	" VI.26 . . .	519
1552, IV.2. Achatio Czema, pal. Marienb. et Eustachio Knobelsdorff .	550	1562, VII.23. Uni-versis . . .	814	" VI.30 . . .	521
" IX.19. Aliqui-bus officiali-bus suis . .	567	" XI.14. Univer-sis . . .	844	" V.6 . . .	522
" IX.19. Uni-versis . . .	568	Bona regina Alberto duci:	1553, I.25 . . .	" IX.2 . . .	527
1553, IX.22. Uni-versis . . .	607	1549, I.1 . . .	449	" IX.23 . . .	532
s.d. Iacobo Rex .	628	" I.5 . . .	451	" VII.17 . . .	533
s.d. Universis teloneorum praefectis . . .	629	" I.17 . . .	453	" VII.28 . . .	538
1555, I.8. Achatio Czema et N.N. iudici terre-stri Mariemb. .	636	" I.22 . . .	454	1555, V.23 . . .	589
" II.7 . . .	460	" II.7 . . .	454	" III.24 . . .	595
" II.26 . . .	462	" II.26 . . .	460	" V.6 . . .	599
" III.12 . . .	464	" III.12 . . .	462	" V.22 . . .	604
" V.11 . . .	470	" V.11 . . .	464	" IX.18 . . .	614
" VII.8 . . .	474	" VII.8 . . .	470	" X.23 . . .	614
" XII.6 . . .	484	" XII.6 . . .	474	" XII.15 . . .	625
" XII.21 . . .	486	" XII.21 . . .	484	" XII.28 . . .	627
" XII.24 . . .	487	" XII.24 . . .	486	1556, I.30 . . .	631
1556, V.4. Universis	659	1550, I.15 . . .	488	Barbara regina Alberto duci:	632
" III.24. Uni-versis . . .	644	" I.15 . . .	489	Catharina regina Alber-to duci:	633
" VI.10. Terra-rum Prussiae consiliariis .	646	" [II.20 ante] . . .	491	1553, IX.22 . . .	645
" [III.22 ante] . . .	492	" [IV. 23 ante] . . .	492	1554, I.18 . . .	648
" V.8 . . .	495	" V.8 . . .	494	" X.12 . . .	650
" VI.30 . . .	497	" VI.30 . . .	495	1555, I.26 . . .	652
" VIII.14 . . .	498	" VIII.14 . . .	497	1555, I.26 . . .	659
" IX.2 . . .	499	" IX.2 . . .	498	1556, I.30 . . .	660
" IX.13 . . .	500	" IX.13 . . .	499	" II.6 . . .	669
" XI.15 . . .	503	" XI.15 . . .	500	" II.8 . . .	670
" XI.28 . . .	504	" XI.28 . . .	503	" IV.25 . . .	674
Marienb. . .	697			" V.31 . . .	678

DAT.	NR.	DAT.	NR.	DAT.	NR.
1556, VII.3	665	1559, III.29	769	Catharina regina alias:	
» VII.31	670	» IX.21	783	1553, IX.21. Maxi-	
» VII.—	671	1560, II.20	789	miliano Bohe-	
» VIII.12	672	» V.8	790	morum regi	
» IX.16	674	» X.8	797	electo	605
» XI.9	679	» XI.30	801	» IX.21. Ferdi-	
1557, IV.4	692	» XI.30	802	nando de Gon-	
» V.7	694	1561, II.26	806	zaga	606
» VI.4	699	» III.7	807	1556, XI.2. Stani-	
» VI.19	701	» III.18	808	slao Hosio, ep.	
» VIII.23	706	» IV.1	809	Varmien.	678
» X.14	713	» IV.21	810	1558, V.27. Ferdi-	
» XI.8	715	» VII.1	811	nando regi Ro-	
» XI.13	717	» XI.11	816	manorum	740
» XII.3	719	1562, I.5	817		
1558, I.3	722	» II.6	821	Sophia, Anna, Catharina	
» I.8	723	» IV.10	828	reginulae Alberto du-	
» III.13	729	» IV.17	829	ci:	
» III.15	730	» VI.3	840	1549, III.12	463
» V.29	741	» VII.15	842		
» VII.3	743	» IX.1	846	Ferdinandus I rex Ro-	
[»] VII.27	746	[» X.4 post]	849	man. Catharinae reg.	
» IX.25	755	» XI.4	850	Pol.:	
1559, II.3	765	» XII.10	852		
» III.—	767	» XII.21	853	1554, VI.10	631a

INDEX NOMINUM PROPRIORUM

Hoc in Indice nulla ratio habita est nominum propriorum in Introductione vel in notis bibliographicis occurrentium. Numeri non ad paginas, sed ad documenta referuntur.

A

ADOLPHUS dux Holsatiae, 649, 656, 662.
 AEGYPTUS (Egiptus), 581.
 AGNETIS s. dies, 763.
 ALBERTUS marchio Brandenburgensis, dux in Prussia, *passim*.
 ALBERTUS iunior Alcibiades marchio Brandenb., 471, 477, 480, 483, 557, 603, 718, 740, 761.
 ALBIS fl., 690.
 ALEXANDER (Jagellonicus) rex. Pol., 685.
 ALEXWANGEN Iacobus, ab, civis Elbingen., 646.
 ALEXWANGEN Martinus, ab, civis Elbingen., 646.
 AMSTERDAMENSES, 690.
 ANDREAE s. dies, 801.
 ANGLIA, Angli, Anglicanus, 576, 578, 690, 715.
 ANNA reginula, filia Sigismundi I regis Pol., 463, 662, 848.
 ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, 463, 637, 639.
 ANNA, civis Poltoviensis, 488.
 ANNA, minorennes Regiomontana, 541.
 ANTVERPIENSES, 690.
 ARCIECHOWSKI Petrus, canonicus Varmiensis, Curiae referendarius, 642.
 AUGSBURG (Augsburg, Augsprug) v. Augusta.
 AUGSBURGISCHE confession v. Augustana confessio.
 AUGUSTA Vindelica (Augsburg, Augspurg, Augsprug), Augustanus, 456, 469-71, 476, 493, 495-6, 498, 520, 535, 581, 782, 824.
 AUGUSTANA confessio, Augsburgische confession, 824.
 AUGUSTANUS cardinalis v. Truchsess.
 AUSTRIA (Österreich), 476, 631a, 678, 685.

B

BACHEMBERGK Ernestus, cap. Memelensis, 488.
 BAMBERGA, 557.
 BAPPENHAIM Georgius, a, 535.
 BARANOWICZ Georgius, nob. Pol., 791.
 BARANOWICZ Anna, nata Dacbogowna, uxor Georgii Baranowicz, 791.
 BARBARA reg. Pol., 511, 523.
 BARENsis (in Italia), 454, 652.
 BARENsis (in Podolia) cap., 506.
 BARNIM IX, dux Pomeraniae Stettinensis, 477, 650, 675, 687, 711.
 BARTENSTEINENSIS, 615.
 BARZI Petrus, orator reg. Pol., 637.

BASILIUS Ioannides dux Moscoviae, 581.
 BAVARIA, 492.
 BEHEM v. Bohemia.
 BEKUARGUS Valentinus, musicus, 759.
 BELGIUM, 690.
 BERESTIA v. Bresta.
 BERTANO Petrus, card. Fanensis, 581.
 BIRZE (Bierze), 784.
 BISCHOFF Wolterius, civis Gedan. vel. Torun., 530.
 BOCK Ernestus, Silesius, 548.
 BOEMIA v. Bohemia.
 BOGNAR Matthias, notarius Elbingen., 646.
 BOHEMIA, Boemia (Behem), Bohemus, 476, 520, 531-2, 535, 605, 631a, 685, 690, 842.
 BONA reg. Pol., 449, 451, 453-4, 460, 462, 464, 470, 474, 484, 486-9, 491-2, 494-5, 497-500, 503-4, 506-9, 515, 517, 519, 521-2, 527, 532, 538, 546, 554, 557-9, 582, 584, 589, 595, 599, 604, 614, 625, 627, 631, 632-3, 645, 648, 652, 722.
 BORNHOLM, promont. in mari Baltico, 690.
 BORNSTET Fridericus, 787.
 BORTH Antonius, civ. Regiomont., 533.
 BOTTICHER Christophorus, Livoniae cancell., 735.
 BOYAN, bona in Prussia, 628.
 BRABANTIA, 476.
 BRANCHACIUS [Brancaccio] Camillus, Neapolitan., 652.
 BRANDENBURGENSIS, 457, 467, 477, 480, 483, 520, 535, 557, 571, 603, 610, 621, 626, 629, 631a, 644, 664, 667-9, 675-6, 680, 685, 687, 698, 705, 708, 711, 718, 740, 745, 761, 768, 779, 820, 835, 847, 851.
 BRANDT Achatius, scabinus distr. Marienburg., 512, 514.
 BRANDT (Branth) Assuerus, legatus ducis in Prussia, 475, 493, 551, 685, 696, 710.
 BRATHIANENSIS, 457, 467.
 BRESTA (Berestia), in Lith., Brestensis, Brzestensis, 631a, 691, 784.
 BRETHEN (Bretchenn), arx in Prussia Reg., 457.
 BROZOWSKI v. Brzoowski.
 BRUNSVICENSIS, 492, 498, 517, 631a, 662, 690.
 BRUXELLENSE oppidum, 476.
 BRZESKI Ioannes, praefectus telonei Ciechanovien., 597.
 BRZOZOWO, 570.
 BRZOZOWSKI (Brozowski) Ioannes, nob. Pol., 455.
 BUBERSTEIN v. Guberstein.
 BURGUNDIA, 476, 480, 631a, 685.

C

CALVINUS Ioannes, Calvinistae (Calvinisch), 822, 824.
 CAMENEC *v.* Kamieniec.
 CAMILLUS, architectus Ital., 450.
 CAROLUS V imp., 460, 469, 472, 475-6, 481, 493, 496, 520, 535, 581, 631a, 745.
 CAROLUS archidux, 849-50.
 CASSUBAE, 467.
 CATHERINA reg. Pol., 592, 605-6, 609, 630, 631 a, 634, 639, 653-5, 658, 661, 665, 670-2, 674, 678-9, 692, 694, 699, 701, 706, 713, 715, 717, 719, 722-3, 729-30, 740-1, 743, 746, 755, 765, 767, 769, 783, 789-90, 796-7, 801-2, 806-11, 816-7, 821, 828-9, 840, 842, 846, 849-50, 852-3.
 CATHERINA regimula Pol., filia Sigismundi I, 463, 848.
 CAUNA, Kowno, Caunensis, Kawnenis, Kovrensis, Kowierński, 580, 673, 694, 738, 784, 813, 823, 839, 847.
 CHECINY, 609.
 CHELM, Chelmensis, 678, 773.
 CHODKIEWICZ (Chotkewicz) Hieronymus Alexander, cap. Samogitiae, cast. Troc., 457-8, 784.
 CHOTOMSKI Sassinus, nob. Pol., 737, 747.
 CHRISTIANA RESPUBLICA, Christianitas, Christianus Orbis, Kristenheit, 581, 588, 603, 676, 685, 706.
 CHRISTIANUS III rex Daniae, 519, 581, 588, 664, 676, 685, 687, 690.
 CHRISTOPHORUS dux Megapol., coadiutor Reginis, 664, 667, 685, 698, 750, 779, 784, 835.
 CHRONUS, fl., *v.* Niemen.
 CIECHANOVIENSIS (Ciechanoviensis), 597.
 CIECHOLEWSKI Alexius, nob. Pol., 798.
 CLEEN Dietrich, a, Ordinis Theut. magister, 535.
 CLEINFELDT (Cleynfelt, Kleinfelt) Henricus, consul Gedanen., 530, 651.
 CLIVIAE Ducatus, Clivensis, 685, 690.
 CNISSINUM (Knissinium), 611-3, 615-24, 626.
 COLLEN, bone in Prussia, 628.
 COLNENSIS, 731.
 COSTKA *v.* Kostka.
 CRACOVIA (Kraka), Cracoviensis, 460-1, 465-9, 471-3, 475, 477-83, 485, 490, 493, 501-5, 510-4, 516, 518, 520, 583, 585-8, 590-4, 596-603, 605-8, 659, 755, 758, 765, 767-75, 783.
 CRASNOSTAWIA, Krasnystaw (Crasnystaw), opp., 744-5, 747-9.
 CROATIA (Croacia), 476, 685.
 CRONBERG Valterus, a, magister Ord. Theuton., 535.
 CUIAVIA, Cuiaviensis, 536, 577.
 CULMENSIS, 457, 461, 467, 475-6, 496, 520.
 CUNHEIM *v.* Kunheim.
 ĆWIKŁA Stanislaus, oppidan. Grodnen., 818.
 CYBULKA (Czibulka) Andreas, ex Przasnysz, 558.
 CZAPLICKI Iacobus, nob. Pol., 613.
 CZECH Stanislaus, civ. Vilnen., 541.
 CZEMA Achatius, pal. Marienburg., cap. Stu-
 rmensis, 448, 457, 550, 620, 622-3, 636, 641,
 668, 680, 688, 695, 697, 717, 722, 751, 768,
 801, 806-7, 809, 819.
 Czema Achatius junior, 803.
 CZEMA Fabianus, cast. Gedanen., cap. Cul-
 men., Tucholien. et Stargardien., 467.

CZERNY Petrus, nuntius reg. Bonae, 522.
 CZIBULKA *v.* Cybulka.
 CIECHANOVIENSIS *v.* Ciechanoviensis.

D

DĄBROVICENSIS praefectus, 786.
 DĄBOGOWA Apollonia, nob. Pol., 791.
 DĄBOGÓWNA *v.* Baranowicz Anna.
 DĄCIA *v.* Dania.
 DALMATIA, 476, 685.
 DAMERAW (Demaranius) Augustinus, civ. Cau-
 nensis, 694, 738.
 DANIA (Dacia), Dani, Danicus, 519, 581, 588,
 620-1, 664, 676, 685, 687, 690, 728, 819.
 DANTZKEN *v.* Gedanum.
 DAVID Lucas, consil. ducis in Prussia, 551.
 DEMARANIUS *v.* Darneraw.
 DEMETRIUS Erasmus, orator Leonis X P.M.,
 581.
 DERSHOVIENSIS *v.* Dirsoviensi.
 DEUSCHMAN Petrus, procons. Graudnicen., 452.
 DEUTSCH EYLAU (Deutzylaw, Deitzman), opp.
 in Prussia, 457.
 DHONEN *v.* Dohna.
 DILINGA, opp. in Germ., 471.
 DIRSOVIENSIS (Derschoviensis, Dershoviensis),
 457, 467, 516, 827.
 DOBRINENSIS, 536.
 DOHNIA (Don, Dhone), 672, 801, 806, 809, 824.
 DOMANOWSKI Ioannes, ep. Samogitiae (Medni-
 censis), 663-4, 784.
 DOMKAW, villa in distr. Osterrodenisi, 465.
 DON *v.* Dohna.
 DON REGI *v.* Regi.
 DRESEN (Driesen) Thomas, a, 845.
 DROHOJOWSKI Ioannes, ep. Culaviensis, 577.
 DUBINKI, 784.
 DUNIN Henricus, 623.
 DWORAK, subd. ducis in Prussia, 570.
 DZIAŁDOWO *v.* Soldavia.
 DZIAŁYŃSKI Ioannes, cast. Culmen., cap. Bra-
 thianen., 457, 467, 583.
 DZIAŁYŃSKI Raphael, 691.
 DZIERZGOWSKI Ioannes de Pawłowo, pal. Ma-
 soviae, cap. Varsav. et Nurensis, 459.

E

EDUARDUS VI rex Angliae, 578.
 EGIPKTUS *v.* Aegyptus.
 EICHEL Victorinus, civ. Varsav., 584.
 EIFFLENDER *v.* Livonia.
 ELBINGA (Elbing), Elbingensis, 457, 467, 480,
 512, 646, 851.
 ELDENBURG, comes ab *v.* Oldenburgensis comes.
 ELISABETHA marchionissa Brandenburgen., co-
 mitissa Hennebergen., 626, 631a.
 ELK *v.* Lecense castrum.
 ERBERSTAIN *v.* Herberstein.
 ERICUS dux Brunsicensis, 631a.
 ERICUS XIV rex Sueciae, 824, 840, 843.
 ERMELANDT *v.* Varmia.
 ERNESTUS dux Bavariae, ep. Salisburgen., 492.

EULENBURG Boleslaus, baro ab, cap. Bartenstein., 615.
EUROPA, 581.
EUXINUS PONTUS, 581.
EYFFFLANDT v. Livonia.

F

FANENSIS cardinalis v. Bertano Petrus.
FEIRABENT Augustinus, subd. ducis in Prussia, 508, 521.
FERBER Constantinus, burgrabiis et proconsul Gedanen., 727.
FERNANDUS I rex Romanorum, *postea imp.*, 461, 469, 472, 475-6, 480, 493, 496, 520, 531, 535, 592-3, 631a, 655, 658, 681, 685, 698, 704-5, 711, 718, 734, 740, 758, 828, 830.
FHRENK Leonardus, horologiorum magister, 693.
FILTZER Laurentius, civ. Gedan. vel Torun., 530.
FINNLANDIA, 824, 848.
FLANDRIA, 476.
FOGELWAIDER v. Vogelwaider.
FOLLERT Martinus, servitor ducis in Prussia, 802.
FORTENBACH Christophorus, de Reichenschwangk., 761.
FRANCI v. Gallia.
FRANKONOWSKI Ioannes, 758.
FRIDERICUS II rex Dan., 819.
FRISII equi, 833.
FÜRSTENBERG Gulielmus, magister Ordin. Theuton. in Livonia, 581, 663-4, 669, 685, 708, 711, 748, 763, 777.

G

GALEN Henricus, de, Militaris Ordin. Livoniæ magister, 663-4, 667, 676-7, 685.
GALLIA, Franci, 586.
GANS Baltasar (Baltzer), 824.
GEBEL v. Goebel.
GEDANUM (Dantzen), Gedanensis, 466-7, 480, 530, 560-5, 577-8, 612, 620, 624, 636, 650, 659, 681, 687, 690, 702-3, 727, 732, 748, 823, 827, 832-3, 837.
GENUENSIS, 581.
GEORGENBURGUM v. Jurbork.
GEORGIUS FRIDERICUS marchio Brandenb., 477, 479, 718, 740, 745.
GERANONIENSIS, 528.
GERLICH Georgius, pixidarius reg. Pol., 569.
GERMANIA, Germanicus (Teutsch), 463, 476, 492, 520, 535, 539, 588, 603-4, 627, 629, 664, 681, 685, 687, 704, 725, 740, 744, 771.
GERMANICA versio documenti, 461, 512, 668, 774.
GERMANICE scripta documenta: 480, 535, 572, 630, 653-5, 658, 661, 665, 670-2, 674, 679, 691-2, 694, 699, 706, 713, 715, 717, 719, 722-3, 730, 741, 743, 746, 752, 755, 765, 767, 769, 783, 789-90, 797, 801-2, 806-11, 816-7, 821, 824, 829, 840, 842, 845-6, 852-53.

GERSDORFF Henricus, stipator reg. Pol., 760, 786.
"GIANNETTI", equi Italici, 780.
GIESE Tidemannus, ep. Culmen., *postea ep.* Varmien., 457.
GILGENBURG, opp. in Prussia Ducali, 457.
GNESNENISIS, 659, 691, 773, 851.
GOBLONKEN v. Roch.
GOCZ (Gotz) Gottardus, civ. Regiomont., 775.
GOEBEL Casparus, serv. reg. Pol., 767.
GOEBEL (Gebel) Severinus, subd. ducis in Prussia, medicus, 753, 767.
GOLCZEWO v. Sieprski Andreas.
GOLUBENISIS, 457, 467, 516.
GOMOLIN, villa, 497.
GONZAGA Ferdinandus, de, gubernator Ducatus Mediolanensis, 606.

GOPPER Ezechias, 824.
GÓRKA Andreas, cast. Posnanien., 493.
GÓRKA Andreas, cap. Valecensis et Gnesnen., 691.
GÓRKA Lucas, pal. Brestensis, 691.
GOSTINIUM, Gostinensis, 490, 555.
GRABIA Nicolaus, Regni Pol. vicecanc., 466.
GRABOWIECKI Gabriel, 721.
GRANVELLE (Granvellanus) Antonius Perrenot (Peronotus), de, 471, 476.
GRAUDNICENSIS (Graudentinensis, Grudentinus), 452, 512, 530.
GREVA Bartholomaeus, proconsul Elbingen., 646.
GRODNA (Grotna), Grodnensis, 630, 647, 778, 818, 841, 849, 852.
GRODY (Grodi) Ioannes, de, 617.
GRODY (Grodi) Matthaeus, de, 617.
GROFF Bartholomaeus, 583.
GRUDENTINUS v. Graudnicensis.
GRZYMALA RAKOWSKI Paulus, nob. Pol., 618.
GRZYMALA RAKOWSKI Stanislaus, nob. Pol., 618.
GUBERSTEIN (*alias* Buberstein) Franciscus, civ. Caunensis, 525, 580.
GULIELMUS dux Iuliaceensis, 685.

GULIELMUS marchio Brandenb., archiep. Riggen., 480, 571, 610, 621, 664, 667-9, 675-6, 680, 685, 687, 698, 705, 708, 711, 768, 779, 820, 835, 847.

GUSTAVUS I rex Sueciae, 631, 632-3, 647, 687, 690.

H

HABSBURGUM (Haspurgum), 476.
HAMBURGUM, 690.
HANSAR civitates, 720.
HARNISOVA (Harniszowa?) Anna, civ. Varsav., 584.
HASSELD Henricus, ab, 533.
HENNEBERGENSIS (von Henneberg) Boppo (Poppo), comes, 629.
HENNEBERGENSIS comitissa v. Elisabetha.
HENRICUS II dux Brunsvicensis, 492, 631a.
HENRICUS II rex Galliae, 586.
HERBERSTEIN (Erberstain) Philippus, comes de, dapifer imp. Caroli V., 581.
HERMAN Clemens, 550.
HERMANNUS, serv. Gulielmi Brandenb., archiepiscopi Rigen., 664.

HERMENSDORFF Martini vidua, 457.
HERMENSDORFF (Hermesndorff) Martinus, nob.
Pruthenus, Hermensdorffiana causa, 457,
518, 534.
HIERUSALEM, 476.
HISPANIA, 476, 631a, 685.
HODECKEN Hedvigis, 452.
HOLSTEINENSIS (Holsacia, Olsacensis) dux, 649,
656, 662.
HOLTZ Wolterius, vom, civ. Gedan., vel Torun.,
530.
HONIGFELD (Honigfelt), opp. in Prussia Reg.,
457, 512, 514, 636.
HOPPE Hermannus, civ. Gedan. vel. Torun.,
530.
HORNENSES floreni, 457.
HOSTIUS Stanislaus, canon. Varmien, nomin.
ep. Culmen., postea ep. Varmien., 461,
475-6, 496, 520, 547, 583, 646, 678, 691,
745, 771.
HUGENDORFF Georgius, cap. Rastemburgen., 800.
HUNGARIA, Hungern, 476, 535, 559, 631a, 685.

I

ILGOWSKI Andreas, aulicus reg. Pol., 837.
INSTERBURGENSIS (Instrucensis), 504, 526, 538.
IOACHIMUS marchio Brandenb., elector, 571,
631a, 685, 779.
IOANNES dux Brunsvincen., 517.
IOANNES dux Finlandiae, 824, 848.
IOANNES marchio Brandenb., 631a, 685.
IOANNES rex Daniae, 581.
IOANNES ALBERTUS dux Megapol., 571, 585, 593,
650, 687, 735, 849.
IOANNES IV Basiliades dux Moscoviae, 581, 687,
758, 768, 796.
IOANNES FRIDERICUS dux Saxoniae, elector, 571.
IONAS Christophorus, doctor, consil. ducis in
Prussia, 710, 764.
IONAS Iacobus, vicecanc. Ferdinandi I, 631a,
685, 745.
ISABELLA reg. Hungariae, Sigismundi I filia,
559.
ITALIA (Welische Lande), Italus, 450, 454, 476,
520, 535, 581, 605, 607, 753, 767, 780.
IULIACENSIS dux, v. Gulielmus Iuliacensis.
IULIAE ducatus (Iuliacensis Ducatus), 690.
IULIENBURGENSIS district., 712.
IULIUS III P.M., 581.
IURBORK v. Jurbork.

J

JARAND Nicolaus, pal. Lanciciensis, 543.
JASIEŃSKI Albertus, praefectus coquinae M.
Duc. Lith., praef. Geranoniensis, 528, 752.
JASVONENSIS, 673.
JECKEL Andreas, civ. Gedan., vel. Torun., 530.
JEZIERSKI Ludovicus, 787.
JURBORK (Georgenburgum), Iurborgensis, Iurba-
rensis, Georgenburgensis, 500, 504, 509, 538,
567, 812-3, 815, 823, 825-6.

K

KAMIEŃIEC (Camenec, Camenecia), arx in Po-
dolia, 450.
KAMIECKI Theodorus, nob. Pol., 707.
KAPUSTA Andreas, 642.
KARŁOWSKI Procopius, stipator reg. Pol., subd.,
ducis in Prussia, 716.
KATHARINA v. Catharina.
KAVNENSIS, Kawnensis, v. Caunensis.
KETTING Lucas, civ. Gedan., 518.
KETTLER Gottardus, coadiutor magistri Ord.
Livoniensis, postea magister Ord. Liv., 779.
KHUNIGSBERG v. Regiomontum.
KIEZOWSKI Iosephus, subd. ducis in Prussia,
566.
KINSKI Georgius, 733.
KINTNAU, Kintnowo v. Reithein.
KIRCHOFF Melchior, civ. Rigen., 659, 781.
KLEFELT Georgius, syndicus Gedan., 727.
KLEINFELT Henricus, v. Cleinfeldt.
KNIPPER Benedictus, bombardarius ex castro
Barensi (in Italia), 454.
KNISSINUM v. Chnissinum.
KNOBELSDORFF (Knoblochstorff) Eustachius, 550.
KORENHAUSEN (Kokenhusen, Koskenhausen), arx
in Livonia, 664.
KOLDERLEIN Ioannes, pharmacopola Gedan., 624.
KOMAJEWSKI GEORGIUS, nob. iuv. Pol., 799.
KON Petrus, subd. ducis in Prussia, 525.
KÖNIGSBERG v. Regiomontum.
KONOPACKI Georgius, cast. Elbingen., cap.
Sweczensis, 457, 467, 512.
KONOPACKI Raphael, succamerar. Culmen., Ma-
rienburgen., 457, 467, 583.
KONZICZ Barbara, a. Nicolai Mnischek vidua,
838.
KOPP (Kopf) Ioannes, civ. Gedan., 466, 553, 773,
836-7.
KORCZYN v. Nova Civitas.
KOŚCIELECKI (a Kościelec) Ianussius, pal. Si-
radien., 691.
Koss Thomas, civ. Regiomont., 792.
KOSTKA Ioannes, de Stembergk, cast. Gedan.,
terrarium Prussiae thesaurearius, cap. Pucen.
et Dirsovien., 467, 516, 650, 681, 687, 690, 702,
732, 827, 833.
KOSTKA Stanislaus, de Stembergk, pal. Pome-
raniæ, terrarium Prussiae thesaurearius, cap.
Pucen., Goluben. et Dirsovien., 450, 457, 467,
512, 516, 583.
KOWALEWICZ Ioannes, advocatus de Brzozowoz,
570.
KOWALEWO, castrum, 513.
KOWEL, arx, 795.
KOWIEŃSKI, Kownensis, Kowna v. Cauna, Cau-
nensis.
KRAKA v. Cracovia.
KRASNISTAW, Krasnystaw, v. Crasnostavia.
KREITZEN (Kreutzer) Ioannes, a. cancell. ducis
in Prussia, 691, 824.
KRISTENHEIT v. Christiana Respublica.
KROCEWSKI Ioannes, secret. reg. Bonae, 474.
KRÓLEWIEC v. Regiomontum.
KRUPISZKI (Kropiski, Kropyszki), pag. in Lith.,
568, 577.

KRZYŻANOWSKI (Krzizanowski) Nicolaus, thesauri curiae reg. familiaris, 673, 689.
KUNNE Ioannes, tenutarius Jasvonensis et tellonei Caunen., 673.
KUNCEWICZ Constantinus, filius Ioannis Kunce, homicida, 673, 689.
KUNHEIM (Cunheim) Erhardus, a, 664, 699, 717, 719, 722, 743, 811-3, 824, 834.
KUZAICE, villa in Lith., 826.
KURKLE, arx in Lith., 704.
Kwidzyn v. Quidzinum.

L

LABIA, arx, 837.
LAGOW, opp., 581.
LANCIENSIS, 461, 543, 773, 851.
LASKI Stanislaus, pal. Siradien, cap. Lancicien., 461, 476.
LASOCKI, aulicus reg. Bonae, 515, 517.
LATERANENSE Concilium, 581.
LATINUS, 581, 725.
LAUTERBERG (Lauterbergk), arx in Prussia Reg., 457.
LECENSE castrum (Ełk, Lyck), 791.
LEHENDORFF Fabianus, a, 554.
LEIFLANDT v. Livonia.
LENWARDEY, arx in Livonia, 664.
LEO X P.M., 581.
LEŚNIEWSKI Ioannes (Liesniowski), camerar. reg. Pol., legatus card. Augustani, 469-471.
"LEY von der" v. Neuenhofe.
LICHENHAN Albertus, 512.
LIDENSIS, 784.
LIEBE Iacobus, 829.
LIGĘZA (Ligaza) Stanislaus, poccillator reg. Hung. Isabellae, 559.
LITHNE, bona in distr. Lubstacensi, 726.
LITHUANIA, LITUANIA, (Lithwania, Littuania, Lytawen), Lithewszki, Lituanii, Lithuaniaicus, 457, 466, 476, 504, 511, 520, 528, 581, 610, 619, 621, 631a, 644, 664, 669, 673, 676, 678, 685, 689, 742, 749, 752, 774, 784, 813, 824, 826, 831-2, 837, 845.
LIVONIA, (Eyfflandt, Leiflandt), Livoni, Livonicus, Livoniensis, 476, 535, 577, 581, 610, 621, 654, 660, 663-4, 667-9, 675-7, 680-1, 685, 687, 690, 697-9, 703-4, 706, 708, 711, 735, 739, 748-9, 758, 763, 768, 771, 774, 779, 781, 784, 820, 835-6, 844.
LIVONICUS Ordo, 663-4, 676, 685, 704, 710.
LOCA v. Loka.
LOBAU (Löbau, Loban), arr in Prussia Reg., 457.
LOKA (Loca) Ioannes, succam. Pomeraniae, 467, 756.
LOMZA, Lomzensis, 521, 582, 584, 732, 831.
LUBACZOVIENSIS, 838.
LUBECA, Lubecensis, 690.
LUBLINUM, 750.
LUBSTACENSIS distr., 726.
LUKÓW, Lucoviensis, 581, 838.
LUNEBURGENSIS, 690.
LUTHERUS Martinus, 822.
LYCK v. Lecense castrum.

M

MACEJOWSKI Samuel, ep. Cracovien., 478.
MAFFEI (Maphaeus) Bernardinus, card., 581.
MAGKELWURG v. Megapolis.
MAGNUS, dux Ostrogotiae, 848.
MANTUA, 592.
MAPHAEUS v. Maffei.
MARIA Austrica, filia Ferdinandi I, Gulielmi ducis Iuliacen. uxor, 685.
MARIENBURGUM, Marienburgensis, 457, 459, 467, 512, 514, 550, 566, 620, 636, 640, 668-9, 676, 680, 685, 697, 717, 722, 732, 756, 768, 790, 801, 806-7, 809.
MARIENWERDER v. Quidzinum.
MASOVIA (Masovia, Masau, Masawen), Masoviensis, Masoveczki, 457, 459, 511, 536, 560, 631a, 678, 685, 813, 824, 845.
MAURITIUS marchio Brandenb., 557.
MAXIMILIANUS I, imp., 535.
MAXIMILIANUS II, rex Boh. et Romanorum, postea imp., 605, 842, 853.
MAZOVIA v. Masovia.
MEDIOLANENSIS Ducatus, 606.
MEDNICENSIS, 664.
MEGAPOLIS (Magkelwurg), Megapolensis, Mecklenburgensis, Melkiburgensis, 571, 585, 593, 650, 664, 667, 685, 687, 698, 735, 750, 779, 784, 805, 835, 849.
MEIZE, Mejsza, villa in Lith., 826.
MEJSZAGOLA (Missogola), opp. in Lithuania, 663.
MEMELENSIS, 488.
MERECH, nemora regia, 552.
MEUSENKUNIG Henricus, servitor reg. Pol., subd. ducis in Prussia, 712.
MEUSENKUNIG Martinus, frater Henrici, 712.
MEVENSIIS, 636, 680.
MIANOWSKA Sophia, 736.
MIANOWSKI Albertus, 736.
MIKULA Nicolaus, 590.
MILEWSKI v. Mylewski.
MISKOWSKI v. Myszkowski.
MISSOGOLA v. Mejszagoła.
MŁOCHOWSKI, 519.
MNISZECH (Mnysek) Nicolaus, cap. Lubaczowien. et Sokolovien., 838.
MODLISZEWSKI Hieronymus, cap. Lomzen. 732.
MODRZEWSKI Iacobus, servitor reg. Pol. 804.
MOLLER Franciscus, 794.
MOLLER Iacobus, civ. Gedan., 748.
MONS REGIUS v. Regiomontum.
MORĄG (Morungen), arx in Prussia, 801.
MORGENTHAL, 535.
MORAVIA, 476, 631a, 685.
MOSCOWIA (Moschovia), Moschi, Moschovitae, Moschoviticus, 581, 593, 667, 687, 715, 749, 758, 768, 796, 820, 831-2, 839.
MOTOLOWIEC (Motholowiecz), pagus, 526.
MOŻDŻONEK Iacobus, civ. Lomzen., 521.
MSCIBOHOVIA (Msczybohow), 675.
MUNCER Andreas, secretar. ducis in Prussia, 594.
MÜNSTER Casparus, a, 663, 844.
MUSSA, fl., 707-8.
MUTHINSKI Iacobus, subd. ducis in Prussia, 733.

MYLEWSKI (Milewski) Simon, 562.
MYSZKOWSKI, 672.
MYSZKOWSKI, (Miskowski) Petrus, paepos. Gnesnen., Plocen, et Lancicien., regius secretarius maior, 851.

N

NEAPOLITANUS, 652.
NEIDENBURGENSIS (Neidborensis, Nidburgensis), 744, 758.
NEPOLOMIZ v. Niepołomice.
NEUSTADT v. Nova Civitas.
NEUENHOFE (Nienhave) Christophorus von dem ("von der Ley"), marscalus Livoniae, 685.
NICOLAI s. dies, 535.
NICOLAUS, parochus Iurborgen., 825.
NIDBURGENSIS v. Neidenburgensis.
NIEMEN (Chronus), fl., 837.
NIEHAVE v. Neuenhofe.
NIEPOLOMICE (Neopolomiz), 476, 783.
NIEŚWIEŻ (Nieswiesch), 784.
NOSKOWSKI Andreas, ep. Plocen. 459.
NOVA CIVITAS KORCZYŃ (Nuestat), 783.
NOWA WOLA (Nova Wolia), 823.
NUESTAT v. Nova Civitas.
NURENSIS, 459.

O

OBERNBURGER Ioannes, 476, 520.
OBORNICKI Gregorius, 543.
OCHODEN Bernardus et Iacobus, fratres, 590.
OCIESKI Ioannes (de Oczieschino), canc. Regni Pol., succamer. et burgrab. Cracovien. etc., 569, 587, 596-7, 600, 607, 680, 703, 774.
OLDENBURGENSIS (ab Eldenburg) Antoniuscomes, 677, 697.
OLIVENSIS, 620-1.
OLIKIENIKI (Wołkiniki, Volkinkii), Volkinkenses, 659-60.
OLSACENSIS v. Holsteinensis.
OLSCHTINENSIS (Ostlinensis), 607, 744.
OLYKA (Olika), 784.
ONIKSZTY (Onixthi, Onixium), 702, 705.
ORANY, 795, 818.
ORDO LIVONIENSIS v. Livoniensis Ordo.
OSIANDER, 822.
OSSIECKZO, villa in distr. Iulienburgensi, 712.
ÖSTERREICH v. Austria.
OSTERRODE (Ostruda), opp. in Prussia Ducali, Osterrodenis, 457, 465.
OSTROCENSIS distr., 726.
OSTROGOTIA, v. Magnus.
OTTO Henricus, comes pal. Rheni, 510-1.

P

PADNIEWSKI Philippus, vicecanc. Regni Pol., praepos. Gnesnen. et Lancicien., decanus Cracovien., 520, 773.

PALUSKI (Paluszki) Ioannes, tenutarius Przewaleensis (Przewalski), 813.
PAPACODA Ioannes Laurentius, castellanides Barensis in Italia, 652.
PARMENSIS caseus, 679.
PATRYKOWSKI (Patrikoski) Andreas, cap. Iurborgensis, 504, 509.
PAUL Valentinus, 583.
PAULUS Apostolus, 822.
PAULUS IV P.M., 750.
PAULUS, mercator Genuensis, 581.
PAWLLOWO v. Dzierzgowski.
PAWLowski Ioannes, "Podskarbowicz", 731.
PECCHIUS Casparus, orator Ferdinandi I reg. Rom., 685.
PELCHEN Ioannes, a. civ. Gedan., 612.
PERONOTUS (Perrenot) v. Granvelle.
PETRICOVIA (Piotrcovia), 448, 450, 452, 455-9, 496, 543-5, 547-53, 646, 759-64, 766.
PETRUS Apostolus, 581.
PHILIPPUS I Pomeraniae Volgastensis dux, 477, 650, 675, 687, 711.
PIOTRCOVIA v. Petricovia.
PIOTROWICZ Ioannes, nob. Pol., 785.
PISAE, opp. in Italia, 750.
PLEMIĘCKI (Plemienczki) Ioannes, nob. Pol., 513, 709.
PLETTENBERG Valterus, a. magister Ord. Theut. in Livonia, 476, 535.
PLOCENSIS, 459, 491, 784, 851.
PLOTELENSIS, 458.
PŁOTOWSKI Nicolaus, 700-1.
POBORSKI Ioannes, nob. Pol., 572.
PODSKARBOWICZ v. Pawłowski.
POHIBEL (Pohibell) Bernardus, servitor Gabrielis Tarlo, 678, 773.
POKRZYWN (Pokrziwen), 636.
POLANGIENSIS, 457.
POLONIA, Poloni *passim*.
POLTVOIENSIS, Pultoviensis, 488.
POMERANIA, Pomeranicus, 450, 457, 467, 477, 512, 516, 650, 675, 685, 687, 698, 703, 711, 758.
POMEZANIA, 512, 514.
PONTUS v. Euxinus.
POSANIENSIS, 493, 683.
POSWOL, Pozwol, opp., 709-10.
POTENTIANAE s. cardinalis, de Pisis, v. Rebiba Scipio.
PRAGA, 476.
PREGEL (Pregoła), fl., 837.
PRESSBURG (Preszburg), 535.
PRETHWICZ Bernardus, cap. Barensis, 506.
PREUSCHMARCK, castrum, 524, 575.
PREUSZ Erasmus, subd. ducis in Prussia, 507.
PRUSSIA *passim*; in tit. regis, 631a.
PRZASNYSZ (Przasnisz), 558.
PRZERĘBSKI Ioannes, vicecanc. Regni Pol., praep. Gnensen. et Cracovien., 592, 659, 669.
PRZEWALSKI v. Paluski.
PUCENSIS, 457, 467, 516, 827.
PUDENTIANAE (Potentianae) s. cardinalis, de Pis s. v. Rebiba Scipio.
PULTVOIENSIS v. Poltoviensis.
PYSIENSIS, Pissiensis, 618.

Q

QUIDZINUM (Marienwerder), 530, 556, 636.

R

- RAB Bartholomaeus, civ. Caunen., 839.
 RABE Ioannes, iudex terrestr. Marienburgens., 512.
 RADOM, Radomiensis, 678, 773.
 RADZIEJOWSKI Nicolaus, cast. Gostinen., 490.
 RADZIMINUM, 851.
 RADZIWIŁL Nicolaus dux in Dubinki et Birze,
 pal. Trocen. etc., "Rufus", 784.
 RADZIWIŁL Nicolaus dux in Ołyka et Nieśwież,
 pal. Vilnen., etc., "Niger", 593, 621, 784-5.
 RAGNETA, Ragnetensis, 504, 509, 538, 702, 812,
 823.
 RAKOWSKI v. Grzymała.
 RASTEMBURGENSIS, 800.
 RATISBONA (Ratispona), Ratisbonensis, 685.
 RAUSKEN v. Ruszkowski.
 RAVENSIS, 462.
 RAWSKO (Ravsko), 729.
 REBIBA Scipio card. de Pisis. tit. s. Pudentia-
 nae, 750.
 REGI, don, orator imp. Caroli V, 581.
 REGIOMONTUM, (Khunigsbergk), Regius Mons,
 Regiomontanus, 450, 454, 457, 466, 533, 540-1,
 573, 616, 620, 743, 757, 759, 766, 770, 775, 782,
 790, 792, 799, 824, 832, 836-7.
 REICHEN SCHVANGE v. Fortenbach.
 REINWOLFF Martinus, praef. armamentarii du-
 cis in Prussia, 851.
 REITHEIN a Kintnowo (Kintnau), fratres, 465.
 REITHEIN Ioannes a Kintnau (Kintnowo), 591.
 REUSSEN, v. Russia.
 REX Iacobus, 628.
 REYMAN Absolon, servitor ep. Varmien., 547.
 RHENUS, Rhenenis, 510-11, 789.
 RIGA, Rigensis, 480, 571, 610, 621, 659, 664,
 667-9, 675-6, 680, 685, 687, 698, 705, 708, 710,
 748, 779, 784, 820, 835, 847.
 RIK Iacobus, proconsul Elbing., 646.
 RISENBURGENSIS distr. 687.
 RITTER Georgius, civ. Torunien., 503, 530, 537,
 540, 542, 555, 563, 568, 579, 583, 587.
 ROCH Christopherus, de Gobloncken, 590.
 ROGENHAUSEN (Rogenhawsen) Albertus, nob.
 Pruth., 712.
 ROMA, 480, 581.
 ROMANA ECCLESIA, 581.
 ROMANUM IMPERIUM, 476, 669, 685, 698, 745.
 ROMANUS, Römischi, 461, 469, 472, 475-6, 480,
 493, 496, 520, 535, 581, 592-3, 631a, 655, 681,
 685, 698, 704-5, 711, 718, 734, 740, 758, 828,
 830, 842, 853.
 ROSEMBERGER Ioannes, civ. Augustanus, 782.
 ROSTE Ioannes (Hans), civ. Gedan. vel. Torun.,
 530.
 RUDNIKI (Rudnyki), Rudnicensis, 638, 650, 697,
 722.
 RUSSAU Albertus, 582.
 RUSSIA (Reussen) Ruski, 476, 511, 581, 631a,
 678, 685, 813, 824, 845.
 RUSZKOWSKI (von Rausken) Vincentius, stipator
 reg. Pol., 657, 686, 726, 729, 769, 780.
 RYLSKI Stanislaus, nob. Pol., 574.

S

- SACHSEN (Saxo) Donatus, 457.
 SALISBURGENSIS, 492.
 SALKI (Zalki), 744.
 SAMBOR Ioannes, 616.
 SAMOGITIA, Źmudź (Samogithia, Samayten), Sa-
 mogitiensis, 457-8, 511, 631a, 643-4, 663-4, 685,
 784, 813, 845.
 SANDCENSIS, 607.
 SANDOMIRIENSIS, 607.
 SAXO v. Sachsen.
 SAXONIA, 571.
 SCALICHIUS (Schalichius, Scalicher) Paulus, 828,
 830.
 SCHACHTMAN Ioannes, civ. Gedan vel. Torun.,
 530.
 SCHACK Venceslaus de Stangenberg, orator du-
 cis in Prussia, 739, 781.
 SCHADAU, Schadaw (Schadan), opp. in Prussia
 Duc., 475, 512, 514, 636.
 SCHALL de BELL Philipus, marsc. Livoniae, 781.
 SCHERPEN (Schkerpen) Bartholomaeus, a, subd.
 ducis in Prussia, 561, 682.
 SCHMIDT Antonius, civ. Regiomont., 540.
 SCHMIDT (Smidt) Michael, subd. ducis in Prus-
 sia, 502, 530.
 SCHONBERGK, opp. in Prussia Duc., 457.
 SCHONVISIUS Wolffangus, subd. ducis in Prus-
 sia, 771.
 SCHÖNWELT Christophorus, magister aulae du-
 cissae in Prussia, 805.
 SCHRIVER Martinus, civ. Gedan. vel Torun., 530.
 SCHULTZ Bartholomaeus, civ. Gedan. vel To-
 run., 530.
 SCHUTZBAH Volffangus, magister Ord. Theu-
 ton., 476, 520, 535.
 SCHWEDEN, Schwedisch v. Suecia.
 SCZEKARZOWICZE v. Tarlo Nicolaus.
 SCIPIO Achilles, subd. et servitor Ferdinand I.,
 734.
 SCLAVONIA, 685.
 SCOTIA, 631.
 SECLUCIANUS Ioannes, concionator, 589.
 SICILIA, 476.
 SIENNO (Siemno, Simmensis bona), 520.
 SIEPRSKI Andreas de Golczewo, pal. Ravensis,
 462.
 SIGISMUNDUS I rex Pol., 520, 581, 685.
 SIGISMUNDUS AUGUSTUS rex Pol., 448, 450, 452,
 455-61, 465-9, 471-3, 475-83, 485, 490, 493, 496,
 501-2, 505, 510, 512-16, 518, 520, 523-6, 529-31,
 533-45, 547-53, 555-6, 560-81, 583, 585-8, 590-4,
 596-8, 600-3, 607-8, 610-13, 615-24, 626, 628-9,
 635-8, 640-4, 646-7, 649-51, 656-7, 660, 662-4,
 666-9, 673, 675-7, 680-91, 693-8, 700, 702-5,
 707-12, 714, 716, 718, 720, 724-8, 731-9, 742,
 744-5, 747-54, 756-64, 766, 768, 770-82, 784-8,
 791-6, 798-800, 803-5, 812-15, 818-20, 822-7,
 830-41, 843-5, 847-8, 851.
 SILESIUS, 548.
 SIMNENSIA bona v. Sienna.
 SINGMOSER M. (Snigchmoser, Singschmoser),
 631a, 685, 745.
 SIRADIENSIS, 461, 476, 691.
 SIRIA, v. Syria.
 SKIERNIEWICE (Sqwirniewicia), 478.

SKRZYNIECKI Gulelmus, Bohemus, 531-2.
SLESVICENSIS, 649, 656.
SMIDT v. Schmidt.
SNIGCHMOSE v. Singmoser.
SOKALIENSIS, 838.
SOKOLOVIENSIS, 838.
SOKOŁOWO v. Szeński Felix.
SOLDAU Martinus, civ. Gedan. vel Torun., 530.
SOLDAVIA (Soldau, Działdowo), opp. in Prussia
Duc., 457, 736.
SOPHIA, reginula, filia Sigismundi I reg. Pol.,
463, 498, 515, 517, 519, 631.
SPERATUS Paulus, ep. Pomezaniae, 512, 514.
SPERLINK, homicida, 596.
SPIRA (Speyr), 535.
SQWIRNIEWICIA v. Skierewice.
SRZEŃSKI Felix, de Sokołowo, pal. Plocensis,
cap. Marienburgh. et Plocen., 459, 491.
STANGENBERG v. Schack.
STARGARDIENSIS, 467.
STEINBERG (Stembergius, Stemberch) Ioannes,
cancell. Ioannis IV Basilidis, 581.
STEMBERG, Stembergh v. Kostka.
STEMBERGIUS v. Steinberg.
STETINENSIS, 467, 477.
STHURMER BALTHASAR, civ. Regiomontanus, 553,
573.
STOBYNKI, 531.
STOLLIUS Valentinus, servitor ducis in Prussia,
772.
STRASBURGK, arx in Prussia Reg., 457.
STUMENSIS, 457, 636, 680.
SUECIA (Suetia, Swecia, Schweden), Sueticus,
Suecus, 631, 632-3, 635, 638, 645, 647, 656,
687, 690, 824, 840, 843, 849.
SWARCZNIKIEL v. Zabrowski.
SWECIA v. Suecia.
SWECZENSIUS, 467.
SYRIA (Siria), 581.
SZCZEKARZEWICE (Szczekarzowice) v. Tarlo Ni-
coalaus.

T

TAMME Gotschalcus, civ. Gedan. vel Torun.,
530.
TANSKI Matthias, nob. Masovien., 560.
TAPIAW, opp. in Prussia, 551.
TARLO Gabriel, cast. Radomien, cap. Chelmen.,
magister curiae reg. Pol. Catharinae, 519,
607, 638, 650, 678, 773, 795.
TARLO Nicolaus, de Szczekarzewice, vexillifer
Sandomirien., 605-7.
TARTARI, 479-80, 581.
TARUSA (Tharusa) Matthias, servitor reg. Pol.,
841.
TCHÓRZEWSKI Stanislaus, 691.
TEČZYN (Tentzin), 824.
TEGE v. Thege.
TEŁOWSKI Georgius, subd. reg. Pol., 800.
TEŁSCHENSIUS, (Telsze), 458.
TENTZIN v. Tęczyń.
TEUTSCH v. Germania.
TEUTSCHER (Deutscher) Orden v. Theutonicorum
Ordo.
THARLO v. Tarlo.

THARUSA v. Tarusza.
THEGE Franciscus, consiliar. ducis in Prussia,
510-11.
THENCK Bonaventura, 583.
THEUTONICORUM Ordo (Teutsch Orden), 476, 480,
520, 535, 677, 763.
THIROLIS, Tirolis v. Tyrolis.
THORN, Thorunia, Thorunensis v. Torunium,
Toruniensis.
TIDMAN Petrus, cap. Ragnetensis, 509.
TON v. Dohna.
TORUNIUM, Torunia, Thorn, Thorunensis, To-
runiensis, 480, 502, 524, 530, 540, 556.
TROCENSIS, 458, 784.
TROGST Ioannes, legatus ducis in Prussia, 764.
TRUCHSESS Otto, card. Augustanus, 456, 469-71,
495, 498.
TUCHOLIENSIS, 467.
TURCAE, 581, 685, 713, 734.
TYROLIS (Thirolis, Tirolis), 476, 631a, 685.

U

UGOSKI Stanislaus, nob. Pol., 544, 736.
ULRICUS vel Udalricus dux Megapol., 650.
URBANI s. dies, 784.

V

VALECENSIS, 691.
VALERIANUS, ab epistolis reg. Pol., 458.
VANDALICUS, 690.
VARMIA (Ermelandt), Varmiensis, 457, 461,
547, 646, 678, 691, 771, 822.
VARSAVIA (Varschovia, Warschovia, Varssevia
etc.), Varsaviensis, Warschoviensis, 449, 451,
453-4, 459-60, 462-4, 470, 474, 484, 486-9,
494-5, 498-500, 503-4, 506-9, 515, 517, 519,
521-2, 527, 532, 546, 554, 557-9, 584, 589,
595, 599, 604, 610, 614, 625, 627, 631, 632-3,
645, 648, 652, 675-7, 680-5, 751-4, 756-7.
VENCESLAI Ioannes, praef. silvarum Groden-
sium, 841.
VERDEN v. Werden.
VERTUMNUS, 822.
VIENNA, Viennensis, 535, 631a, 685, 713.
VIGRENIS v. Wigry.
VINDELICA v. Augusta.
VILMASDORFF v. Williamsdorff.
VILNA (Wilna, Willen, Wilde, Wylde), Vilnen-
sis, 466, 523-5, 533-41, 569-80, 593, 621, 634-7,
639-44, 647, 649, 651, 653-8, 661-2, 664-74, 676,
678-9, 685-96, 698-703, 705-6, 711-21, 723-40,
742-3, 778-94, 796-805, 807, 809-10, 812-17,
819-46, 848, 850.
VISNA, 776-7.
VISTULA, fl., 466, 530.
VITWINSKI v. Wietwiński.
VOGELWAIDER (Fogelwaider) Eustachius, 642.
VOGT Stanislaus, cap. arcis Lenwardey (in
archiep. Rig.), 664.
VOLCASTENSIS v. Philippus I.
VOLINIECZ v. Wołyniec.
VOLKINKI, Volkinkensis, v. Olkieniki.
VORMIENSIS lacus, 726.

W

- WARSCHOVIENSIS *v.* Varsavia.
 WAYNREICH Anna, nata ab Alexwangen, uxor
 Michaelis Waynreich, 646.
 WAYNREICH Christophorus, civ. Elbingen., 646.
 WAYNREICH Dorothea, nata ab Alexwangen,
 uxor Christophori Waynreich, 646.
 WAYNREICH Michael, civ. Elbingen., 646.
 WELISCHE Lande *v.* Italia.
 WENDEN, 664.
 WERDEN Ioannes, a, civ. Regiomont., 457, 575,
 628.
 WERDEN Ioannes iunior, a, 575, 576, 578.
 WIELUŃ (Wielian), 783.
 WIERZBICKI Venceslaus, ep. Samogitiae, 643-4.
 WIESIOWSKI Ioannes, nob. Pol., 770.
 WIETWIŃSKI (Vitwinski), nob. Pol., 744.
 WIGRY (Vigrensis), lacus, 526, 528-30.
 WILAMOWSKI Ioannes, 521.
 WILCZEWSKI Ioannes, nob. Pol., 545.
 WILDE *v.* Vilna.
 WILK Iacobus, subd. ducis in Prussia, 612.
 WILKIENSIS, 458.
 WILLAMSDORFF (Vilmasdorff), consil. ducis in
 Prussia, 489.
 WILNA, Willen, *v.* Vilna.
 WITHMANSDORFF Nicolaus, consil. et thesaurar.
 ducis in Prussia, 814.

- WITRAMOW, bona, 744.
 WITTEMBERGISCHE Kirche, 824.
 WOJNOWSKI Petrus, cap. Graudnicen., 512.
 WOLKINKI *v.* Olkieniki.
 WOLKOWYSK, 746.
 WOLOWICZ Eustachius (Ostaphie), 757.
 WOLYNIEC (Voliniecz) Matthias, civ. Posnanien.,
 683, 766.
 WOLYNIEC Sebastianus, filius Matthiae, 766.
 WOLSKI Martinus, nuntius reg. Bonae, 492, 494,
 497.
 WOLSKI Sigismundus, 792.
 WYLDE *v.* Vilna.

Z

- ZABROWSKI Swarczniel, 744.
 ZADYBIE, 542.
 ZALKI *v.* Salki.
 ZAORZE, fratres de, 776.
 ZAPOLSKI Nicon, nob. Pol., 529.
 ZEHMEN *v.* Czema.
 ŻELISŁAWSKI Franciscus, internunt. reg. Pol.,
 449, 497, 546, 652, 687.
 ZMODZKI, Żmudź *v.* Samogitia.
 ZWINGLI Ulricus, 824.

T A B U L A E

Commoditati lectorum consulentes, in hoc quoque volumine ponimus imagines sigillorum, ad temporis spatium documentis huius voluminis comprehensum pertinentium, quas iam antecedenti volumine (El. XXX) publicavimus.

TAB. I

SIGILLA SIGISMUNDI AUGUSTI



VIII (*Sigillum magnum Poloniae*, 87 mm).

SIGISMUNDVS. AU-GVSTVS. DEI. GRA-CIA. REX. POLO-NIAE. MAGNVS. DUX. LITVANIAE. RVSSIAE. PRUS-SIAE. MASOVIAE. SAMOGITIAE. ETC. DOMINUS ET HE-RES.



VII et VII a (*Sigilla minora Poloniae, « sigilla cancellariae »*, 47 mm).

SIGISMUNDVS. AUGUST. D. G. REX. POLONIAE. MAG. DVX. LITHVA. ETC.

TAB. II

SIGILLA SIGISMUNDI AUGUSTI (cont.)




VI maius (*Sigillum maius Lithuaniae, 72 mm.*)

SIGISMUND. AVGV. D. G. REX. POL. MAG. DVX. LITVAN. RVS. PRVS. SAMOGIT. MAZO. ETC. DO. ET. HERES. (*Iuxta scuta lateralia*): PATERNVM- KIOVIENS- SAMOGITIAE- VOLHYNIE- MATERNVM.*)

SIGNETA:



V (17.14 mm)



IX (13.17 mm)

S(igismundus) *A*(ugustus) *R*(ex) *P*(oloniae)




IX maius (20.25 mm)

*) *Inscriptiones vix leguntur, sec. Gumowski emendatae.*


TAB. III

S I G I L L A R E G I N A R U M



X (42 mm)

**BONA. SFOR. ARAG. D. G. REGINA.
POLONIE. MA. DUX. LITVANIE.**



XII (44 mm)

**BARBARA. DEI. GRACIA. REGINA.
POLONIAE. MAGNA. DVX. LITVANIE.**

SIGILLA REGINAE ET REGINULARUM



XIII maius, (45 mm)

KATERINA. D. G. REGINA. POLONIAE.
M. D. LITHVANIAE. ETC.




XIII (28 mm)

KATERINA. D. G. RE. POLO-
M. D. LIT. ETC.



XV (22 mm)

SERENISS. REGINVLARVM.



Hunc Princeps, et duc frater noster charissime et honoran^o. Salute
 et mutui nostri amoris atq^z omnis felicitatis incrementum. Redde
 sunt nobis loc^o Hunc Dom^m vestre, amoris erga nos illius plene^r: reddi
 ta simul et ornamenta ab Hunc eius filia nobis missa, quibus Ger-
 manice foemine ornant sua capita. Quod vii decencia, venusta ac or-
 natissima sunt. ita nobis perhara sunt, et perq^z gratissima. Ex hijs
 enim perspicimus veri, ac sinceri debetq^z Hunc eius filie erga nos amos-
 ris clarum testimonium quam, cum antea quid propinq^zua nos cognatio-
 ne attingit pro debito nro dilexerimus, nunc vero propter hoc tantu-
 mius in nos studium, et verò benevolencie officia, misericordie amamus. Que
 amorem cum erga Huncam D. vrām, tum erga ipsam Huncam eius filia,
 sincerum ac perpetuum conservare volumus. Pro muneribus vero, et
 pro hisce ornamentis nobis missis, agimus Hunc illius Dom^m meritas
 gratas. Naturae operam, vt gratas nos tante^r erga nos propensionis sue,
 cognoscant ambe Hunc Dom^m vre^r. Quibus et diuturnam nichil omnia
 tem, et felicia letaq^z omnia ex animo precamur. Earum multo amos-
 nos commendamus. Datum Vaychemie die xy Marcy M. D^r xlii.
 parabolynje Szosty

sophya krolewna

anna krolewna

Catarzyna krolewna

Sigismundus Augustus per gratia lux Poloniae magnus rex
 Lituanie Russiae Prussiae Masoviae Samogitiaeque dux et heres
 Illius Principis bene consobrini charissime salutem & prosperitatem. Nunc tamen nobis per literas
 quae in itinere Varsoviensem instituto accepimus Illius et Reuerendissimus hominus Archiepiscopus Rigenensis,
 consobrinus noster charissimus, effectum esse Illorum dominorum Comiteram hucum opem ut et induci
 as cum suonibus pacius sit, & uniuersas ac singulas iniurias sibi illatas, omnesq[ue] contiouerrias, utriusq[ue]
 deortas certis principibus cognoscendas vindicandas permiserit, et apud nos se effecturum esse recuperet.
 Ut eas inducias rata habeamus, et armis deponamus, quarum litterarum, et item earum quibus inducia
 rum pactio continetur, exemplum Illius vestre missimus. Ad quas quidem propterea nibilium respondi
 mus, quod prius, quid Illius vestra respondendum esse censeat, scire cupiamus. Itaque Illius Via, suam no
 bis ea de re sententiam prescribat, & bene ualeat, datum in oppido Kszybohen die xxij Septembris
 Anno domini M D Lij Regni nostri XXVII

Sigismundus Augustus
 Regis f:

**FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694
IL 10 MAGGIO 1974**

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (cont.)

- Vol. VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. XIV + 250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676) 11 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1962.
- Vol. VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X + 214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1963.
- Vol. IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII + 184, 98 doc. (A.D. 1526-1572) 8 tab. Ind. nom. propr. 1964.
- Vol. X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. XVI + 343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676) 12 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII + 287, 214 doc. (A.D. 1567-1578) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V + 291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- Vol. XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI + 175 (A.D. 1598), 2 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. VI + 234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI + 340, 211 doc. (A.D. 1576-1586), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII + 336, 227 doc. (A.D. 1587-1589), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII + 311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1967.
- Vol. XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII + 256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab. Ind. nom. propr. 1968.
- Vol. XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII + 429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1968.
- Vol. XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696) 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VI + 324, 1969.
- Vol. XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696) 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII + 262 1970.

- Vol. XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588) pp. VIII+210, 2 tab. 1970.
- Vol. XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi* II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772) Ind. nom. propr., ind. chron. B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588) Ind. nom. propr., ind. chron. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab. 1970.
- Vol. XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564) pp. VIII+301, 4 tab. 1971.
- Vol. XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN 78 doc. (A.D. 1563-1572). 6 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+248, 1971.
- Vol. XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589) 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- Vol. XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- Vol. XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VIII+376, 1972.
- Vol. XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+376, 1972.
- Vol. XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., Elenchus epistolarum, elenchus sigillorum, ind. nom propr., pp. XV+259.
- Vol. XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., elen-chus epistolarum, ind. nom. propr., pp. IX+241.
- Vol. XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA (in typis).
- *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN (in typis).
- *Res Polonicae ex serie Card. Morone in Archivo Secreto Vaticano*. Ed. C. LANCKOROŃSKA (in praeparatione).

DEPOSITARI:

« International Book Distributors »
 LIBRERIA
 117-120, Piazza Montecitorio
 00186 ROMA

Orbis (London Ltd.)
 66, Kenway Road
 London S.W.5.

Institutum Historicum
 Polonicum Romae
 284, Via degli Scipioni
 00192 ROMA

Premium: Lit. 7.500, \$ 13,00, £ 5.00.